

EPISTOLARVM
SELECTARVM
S4 CICERO NIS
LIERI III.

Quæ ob perspicuitatem sententiarum & rerum
varietatem, literarijs ludis congestæ
sunt, & distinctæ.



OLISIPPONE,
Excudebat Franciscus Correa,
Sereniss. Cardinalis Iff.

Typog.

LIBER
M. T. CICERO
TERENTIÆ.

S. P. D.

Famil. lib. 14. Epist. 22.



I VALES BENE EST,
ego valco. Nos quotidie ta-
bellarios vestros expectam⁹,
qui si venerint, fortasse erim⁹
certiores, quid nobis facien-
dum sit, faciemus te statim⁹
certiorem: Valetudinem tuam cura diligen-
ter. Vale. Cale. Septembris.

M. T. C. Terétiæ. S. P. D. Fa. lib. 14. 21.

Si vales bene est, ego valeo. Da operam vt
conualefcas: quod opus erit vt res tem-
pusq; postulat prouideas, atque admini-
stres, & ad me de omnibus rebus quam sa-
piissime literas mittas. Vale.

M. T. C. Terétiæ. S. P. D. Fam. 14. 8.

Si vales bene est, ego quidem valeo. Vale-
tudinem tuam velim cures diligētissimē.
Nam mihi, & scriptum, & nunciatū est,
te in febrim subitō incidisse. Quod celeri-
ter

PRIMVS.

2

ter me fecisti de Cæsaris literis certiore, fecisti mihi gratum. Item post hac si quid opus erit, si quid acciderit, noui facies ut sciā: Cura ut valeas. Vale. Datum. 4. nonas Iunias.

M.T.C. Teretix. S.P.D. Fam. li. 14. Epist. 24.

Si vales, bene est, valeo. Nos neq; de Cæsaris aduentu, neq; de literis, quas Philotimus habere dicitur, quicquā adhuc certi habemus. Siquid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale. 3. Idū. Sexri.

M.T.C. Terentia. S.P.D. Famili.

lib. 14. Epist. 23.

Si vales, bene est, valco. Redditē mihi iam stādē sunt à Cæsare litera: satis liberales, & ipse opinione celerius vēturus esse dicitur. Cui vtrū obūiā pcedā, an hāc eū expēcte, cūm cōstituero faciā te certiore, tabellarios mihi veli quā primū remittas: Valetudinā cura diligēter. Vale priū. Cal. Sextil.

M.T.C. Teretix. S.P.D. Famili. 14. 17.

Si quid haberem, quod ad te scribārē, sacerē id, & pluribus verbis, & sapientia. Nunc quae sunt negotia vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Lepta, & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut Tulli valetudinem cures. Vale.

L.I.B.E.R.

M. T. C. Terentiæ. S. P. D. Famil.
lib. 14. Epist. 15.

Si vales, bene est, valco. Constitueramus, ut
ad te anteā scripseram, obuiam. Cicero-
nem Cæsari mittere. Sed mutauimus cō-
filiūm, quia de illius aduentu nihil audieba-
mus. De cæteris rebus & si nihil erat noui,
tamē quid velimus & quid hoc tēpore pute-
mus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere.
Tulliam adhuc necū teneo. Valetudinem
tuām curā diligenter. Vale. 12. Cal. Quin.

M. T. C. Teretiæ. S. P. D. Fa. 14. 9.

TN maximiñ meis doloribus excruciat me
valetudo Tulliæ nostræ. De qua nihil est,
quod ad te plurā scribam: tibi enim æquè
magnæ curæ esse certò scio. Quod me pro-
pius vultis accedere, video ita esse faciendū,
etiam ante fecisset, sed me multa impedi-
runt, quæ ne nūc quidem expedita sunt. Sed
à Poponio expeçto literas, quas ad me quām
primum preferendas cures velim. Da ope-
ram ut valeas.

M. T. C. Teretiæ. S. P. D. Fa. lib. 14. Epist. 12.

Quod nos in Italiā saluos venisse gaudes
appetuð gaudeas velim. Sed perturbati
dolore animi, magnisq; in iurijs. metuo ne id
consilij ceperimus quod non facile explicare

P. R. I. M. V. S.

3

re possimus. Quare quantum potes adiuua.
 Quid autem possis, mihi in mente non venit.
 Inviam quod te des hoc tempore, nihil est, &
 longum est iter, & non tutum. Et non video
 quid prodesse possis, si veneris. Vale. Datum
 pridie nonas Nouemb. Brundisij:

M. T. C. Terentiae. S. P. D.

Famil. lib. 14. Epist. II.

Si vales, bene est, valeo, Lullia nostra venit
 Sad me pridiè Idus Junij, cuius summa
 virtute & singulari humanitate, graui-
 ore etiam sum dolore affectus: nostra factum
 esse negligētia ut longè alia in fortuna esset,
 atq; eius pietas, ac dignitas postulabat. No-
 bis erat in animo Ciceronem ad Cesarē mit-
 tere, & cum eo Gn. Sallustium. Si profectus
 erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuā
 diligenter cura. Vale. xiiiij. Calen. Quinti.

M. T. C. TIRONI. S. P. D.

Famil. lib. 16. Epist. 2.

Septimum iam diem Coreytæ tenebamur.
 Q. autem pater, & filius Butroti soliciti
 eramus de tua valetudine mirum in modū:
 nec mirabamur nihil à te literatū, his enī
 vētis instinctus huiusgatur, qui si essent, nos
 Cyræ nō sederemus; cura igitur te & cōfiri.
 & cum commodè, & per valetudinem, sc̄ p̄

LIBER

anni tēpus nauigare poteris, ad nos, amātissi-
mos tui veni. Nemo nos amat, quite nō dili-
gat. Charus omnibus, expectatusq; venies.
Cura vt valeas, etiam atque etiam Tiro no-
ster Vale. 25. Calēn. Nouemb. Corcyrae.

M. T. C. T I R O N I. S. P. D.

Famil. 16. Epist. 4.

Non queo ad te, nec lubet scribere, quo
animo sim affectus tantū scribo, & tibi,
& mihi maximè voluptati fore, si te firmum
quā primū videro. Tertio die abs te ad Aly-
ziam accesserainus. Is locus est citra Leuca-
dem stadia C. xx. Leucade aut te ipsum, aut
tuas literas à Marione putabā me acceper-
rum. Quantū me diligis, tantū fac vt va-
leas, vel quantū te à me scis diligi. Nonis
Nouembris. Alyzia.

C. FILIV'S TIRONI. S.P.D.

Famil. lib. 16. Epist. 25.

Et si iusta: & idonea vsus es excusatione
intermissionis literarum tuarum, ta-
men id ne səpius facias, rogo. Nam si
de Republicæ rumoribus, & nunciis certior
fio, & de sua in me voluntate semper ad me
perscribit pater, tamen de quauis minima
re scripta à te ad me epistola semper fuit gra-
tissima. Quarte cum in primis tuas deside-
rem

rem literas noli comittere vt excusatione potius, expleas officium scribendi, quam assiduitate literarum. Vale.

M. T. C. SERVIO SVLPTIO.

S.P.D. Famil. lib. Epist. 6.

HAgessaretus Larissæus magnis meis beneficiis ornatus inconsulatu meo memor, & gratus fuit, meque postea diligètissimè coluit. Eum tibi magnopere cōmendo vt & hospitē meum, & familiarē meum, & gratū hominē, & virum bonum, & principē ciuitatis suę, & tua necessitudine dignissimū. Per gratum nihil feceris, si dederis operam, vt is intelligat hanc meam cōmendationē magnum apud te pondus habuisse. Vale.

M.T.C. TREBATIO. S. D. Famil. 7. 19.

Epistolam tuam, quam accepi ab L. Aruntio considi innocentem, nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi posset, sed & Aruntius ita te mādasse aiebat, & tu adscripseras. Verum illud esto: nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam nouis rebus. Vale.

M. T. C. Q. VAL. Q. FIL.

S. D. Famil. 13. 7.

PVB Cornelij, qui tibi has literas reddidit est mihi à P. Cuspio commendatus, cuius

L I B E R

cansam quantopere cuperem, debeberemq; profecto ex me facile cognouisti. Vehementer te rogo, vt cures, vt ex hac cōmendatione mihi Cuspis quam maximas, quam primū, quam sēpissimè gratias agat.

M. T. C. S. P. C. Mēmio. Fa li. 13. Epif. 3.

Avlum Fusium vnum ex meis intimis, obseruantissimū, studiosissimūq; nostri, cruditū hominē: & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimū, velim ita tractes, vt mihi coram recepisti. Tam mihi gratū id erit, quam quod gratissimū. Ipsum præterea suummo officio, & suimma obseruancia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

M. T. C. S. D. CORNIFICIO.

Famil. lib. 12. Epist. 26.

Sextus Aufidius & observantia, qua me colit, accedit ad proximos, & splendore, equitis Roma, nemini cedit. Est autē ita téperatis moderatisq; moribus, vt suimma seueritas summa cū humanitate iungatur. Cuius tibi negociaq; sunt in Africa, ita cōmendo, vt maiore studio, magisue ex animo cōmendare nō possim. Per gratum mihi feceris, si dederis operā, vt is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hocte vehementer mi Cornifici rogo. Vale.

PRIMVS.

5

CICERO BASILIO.

S. Famil. 6. 15.

TIbi gratulor, mihi gaudeo, te amo,
tua tucor, à te amari, & quod agas, quid-
que agatur, certior fieri volo. Vale.

DE BRVTVS IMP. TVL CIC.

S. P. D. Famil. 11. 4.

SI de tua in me voluntate dubitarem, mul-
tis à te verbis peterem, ut dignitatem meā
tuerere: sed profectò est, ut mihi persuasi, me
tibi esse curæ. Progressus sum ad Transalpi-
nos cum exercitu, non tam nomen captans
imperatorium, quam cupiens militib. satis-
facere, firmosq; eos ad tuendas nostras res ef-
ficere, quod mihi videor consecutus: nam &
liberalitatē nostrā, & animū sunt experti:
cū omniū bellicosissimis bellū gessi; multa
castella cepi, multa vastavi. Non sine causa
ad senatum literas misi. Adiuua nos tua sen-
tentia, quod cūm facies, ex magna parte cō-
muni commodo inseruieris. Vale.

M. T. C. SERVIO SVLPITIO.

S. P. D. Famil. 13. 21.

ASclapone Patrensi medico vtor valdè
familiariter, eiusq; tum consuetudo
mihi iocunda fuit, tum etiam ars, quā
sum expertus in valetudine meorum. In qua

A 5

mihi

L I B E R.

mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate,
benevolentiaq; satisfacit. Hunc igitur tibi
comedo, & à te peto ut des operam, ut intel-
ligat, diligenter me scripsisse de se se, meamq;
comendationem vñ sui magno sibi fuisse. Erit
id mihi vehementer ut gratum. Vale.

M. T. C. A P P I O. S. P. D.

Famil. 10. 29.

D E meo studio erga salutem, & incolumi-
tate in tuā, credo te cognoscere ex literis
tuorū, quibus me cumulatissimè satisfecisse
certō scio: nec his concedo, quanquam sunt
singulari in te benevolentia, ut te saluū ma-
lant, quā ego illi mihi necessē est concedant,
ut tibi plus, quam ipsi hoc tempore prodesse
possim, quod quidem nec destiti facere, nec
desistā, & iam in maxima refeci & fundamē-
ta ieci salutis tuā. Tu fac bono animo mag-
noque sis, meq; tibi nulla re defuturum esse
confidas. Pridie Nonas Quintil. Vale.

M. T. C. M. M A R I O. S. P. D.

Famil. 7. 4.

A D. ix. Calend. Iulias in Cumanum veni-
cum Libone tuo, vel nostro potius: in Pó-
peianum statim cogito. Sed faciam te ante
certiorem. Te cum semper valere cupio, tú
certe, dum hic sumus. Vides enim quantò
post

pōstvnā futuri sumus. Quare si quid constitutum cum podagra habes, fac in alium diē differas. Cura igitur vt valeas, & me hoc bīduo, aut triduo expecta. Vale.

CICERO PLACO IMP. COS.

Desi. S. P. D. Famil. 10. 14.

O Gratam famam, bīduo ante vītoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs, atq; etiā hostibūs fūsis, spes omnīs in te est. Fugisse enim ex p̄elio Mutinensi dicuntur notissimi larronū duces. Est enī nō enim nō minus gratū extrema delere, quam prima depellere. Evidē expectabā iam tuas literas idq; cū multis: sperabamq; etiam Lepidum tēporibus admonitū: tecū & Reipub: satis esse facturū. In illam igitur curā incūbe mi Plance vt ne qua scintilla tērrorimi belli relinquatur. Quod si erit factum, & Remp. diuino beneficio affeceris, & ipse æternā gloriā consequere. Tertio Idū Maij. Vale.

M. C. PAPYRIO PAETO.

S. P. D. Famil. 9. 23.

H Eriveni in Cumānū, cras ad te fortasse. Sed cum certum sciam, faciam te paulò antē certiorem. Et si Marcus Ceparius, cum mihi in sylua Gallinaria obuiā venisset, quæfissimque quid ageres, dixit te in lecto esse, quod

LIBER

quod expedibus laborares, tuli scilicet modeste, ut debui: sed tamen constitui ad te venire, ut & viderem te, & viscerem, & coenarem etiam. Non enim arbitror cocum etiam te Arrhricum habere. Expecta igitur hospitem cum minime edacem, tum ininicum cenis sumptuosis. Vale.

M. C. S. D. CN. PLANCO.

FAMIL. 4. 15.

ACcepit per breves tuas literas, quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non petui: cognoui autem id quod mihi dubium non fuit. Namquam fortiter ferres communis miseras, non intellexi: quam me amares, facile perspexi: sed hoc scieram, illud si scisssem, ad id meas literas accommodassem. Sed tamen & si anteā scripsi, quæ existimauit scribi oportere, tamen hoc tempore breviter, commouēdum putauit, ne quo periculo te proprio existimates esse, in magno omnes, sed tamen in communī sumus. Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuā postularc, aut communem recusare. Quia propter eo animo sumus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me præstare possum. Vale.

CICERO DOLABELLAE.

S. D. Famil. 9. 12.

Gratulor Baijs nostris, siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt, nisi forte te amant, & tibi assentantur, & tandem, dum ades, sunt oblitæ sui. quod quide[m]; si ita est, minime miror, cœlum etiam & terras vim suā sibi ita conueniat, dimittere. Orationculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum quod nō putāram. Itaq; eam tibi misi, velim sic legas, ut causam tenuē, & inopeim, nec scriptiōne magnopere dignam, fed ego hospiti veteri, & amico munusculū mittere volui leuidēsæ, crasso filio, eiusmodi ipsius solēt esse munera. Tu velim animo sapienti, fortiqt. sis, ut tua moderatio, & grauitas aliorum infamet iniuriam. Vale,

M. T. C. IMP. M. CAELIO AEDILI.

Curuli. S. P. D. Famil. 2. 13.

Fabio viro optimo, & homine doctissimo familiarissime ytor, mirificeq; cum diligo, cum propter summum ingenium eius, summamq; doctrinam, tum propter singulariem modelitiam eius: negocium sic velim suscipias, ut si esset res mea: noui ego vos magnos patronos, hominem occidat oportet, qui vestrā opera vti velit. Sed in hoc homine nullam

L I B E R

nullam accipio excusationem, omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius uti volet. Ego res Romanas vehementer expecto, & desidero, in primisque quid agas scire cupio. Nam iam diu propter hyemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

C. T R E A T I O. S. D. Famil. 7. 23.

I Luseras heri inter scyphos, quod dixeram controversiam esse, posset, ne haeres quod furtum ante facium esset, recte furti agere. Itaque & si dominum bene potus, seroque redierat, tamen id caput, ubi haec controversia est, notaui, & descriptum tibi misi, ut scires id quod tu neminem sensisse dicebas, Sextum Ælium M. Manilium M. Brutum sensisse. Ego tamen Scœuolæ, & testæ assentior. Vale.

M. T. C. D. B R V T O. I M P.

S. P. D. Famil. 12. 15.

E T si mihi tuæ literæ iucundissimæ sunt, tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione tua planci collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusaret, quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Cōiunctio tua cum collega, concordiaque vestra, quæ literis omnibus declarata est. S. P. Q. R. gratissima accidit. Quod super est, perge mi Brute, & iam non

non cùm aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuitatis utri cogito. Literas tuas vehementer exspecto, & quidem taleis, qualcis maxime opto.

M. CICERO. FURFANO. Prætori.

S. D. Famili. 6. 9.

CVm A. Cæcina tanta mihi familiaritas, consuetudoq; semper fuit, vt nulla maior esse posset. Nam & patre eius claro homine, & fortiviro plurimum usi sumus, & hunc à puerō, quod & spem mihi magnā afferebat suminæ probitatis, summæq; eloquentiæ, & viuebat mecum coniunctissimè, non solum officiis amicitiæ, sed etiam studiis communibus, sic semper dilexi: vt non ullo cum homine coniunctus viuerem. Nihil attinet me plura scribere, quod mihi necesse est eius salutem, & fortunas quibuscunq; reb. possim tueri, vt vides. Reliquum est, vt cum cognōtim pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna & de Reip. calamitatibus sentires, nihil à te petam, nisi vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus es, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

M. T.

L I B E R
M. T. C. C O R N I F I C I O. Collegat.

S. Famil. 2. 2c.

Gratæ mibi tuæ literæ, nisi quod Sinuessa-
num diuersorium contempsisti. Quam
quidem contumeliam villa pusilla in iquo ani-
mo ferret, nisi in Luniano, & Popeiano red-
dideris, pandaperipandon. Sic igitur facies,
meq; amabis; & scripto aliquo lacesses. Ego
enim respodere faciliter possum, quam pro-
uocare. Quod si, vtes, cessabis, lacessam nec
tura ignavia etiā inertiā afferet. Plura ocio-
sus. Haec cu' essem in senatu exaraui. Vale.

M. T. C. C O R N I F I C I O. S. D.

Famil. 2. 2t.

Caius Anicius familiaris meus, vir om-
nibus rebus ornatus, negotiorum suo-
rum causa legatus est in Africam le-
gatione libera, eum velini rebus omnibus
adiuves, operamq; des, vt quam commodis-
simè sua negotia conficiat. Imprimisq; quod
ei charissimum est, dignitatem eiustibi cō-
mendo. Idque à te peto, quod ipse in prouin-
cia facere sum solitus non rogatus, vt omni-
bus senatoribus lictores darem, quod idem
acceperam, & id cognouerā à summis viris
faciatum. Hoc igitur mi Cornifici facies,
caterisq; rebus omnib; eius dignitati, reiq;,
si me

si me amas, consules. Id erit mihi gratissimum.
Da operam, ut valeas.

M. T. C. C A S S I O. S. P. D.

Famil. 12. 19.

Brevitas tuarum literarum me quoque
breuiorem in scribendo facit, & vere
ut dicam, non satis occurrit, quid scribā.
Nostras enim res in actis perferti ad te certa
scio, tuas autem ignoramus. Tanquam enim
clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, prae-
ter rumores de opppresso Dolabellā, satis il-
los quidem cōstātes, sed adhuc sine authore.
Nos cōfectū bellum cum putaremus tēpē
à Lepido tuo in summā sollicitudinē adducti
sumus. Itaq; persuade tibi maximā Reip. spē
in te, & in tuis copiis esse. Firmos omnino
exercitus habem⁹, sed tamē ut omnia ut spe-
ro prospere procedāt: multū inter est te viue-
re, Exigua est enim spes Reipublicæ: nā nūl-
lam, non liber dicete, sed quæcūq; est, ea de-
spondetur anno confulatus tui. Vale.

M. T. C. Acilio Proc. S. P. D.

Famil. 13. 21.

LVCIUS Manlius est Sossis: is fuit Catinensis,
sed eīt vntis cum reliquis Neapolitanis
ciuiis Romanus factus, Decurioq; Neapoli.
Erat enim ad scriptus in id municipiū, ante

L I B E R

civitatem sociis, & latinis datam. Eius frater
Catinæ nuper mortuus est, nullam omnino
arbitramur de ea hæreditate controversiam
eum habiturum. Et est hodie in bonis. Sed
quando habet præterea negotia vetera in Si-
cilia sua, & hanc hæreditatem fraternali, om-
nia eius tibi cōmendo. In primisq; ipsum vi-
rum optimū, mihiq; familiarissimū his stu-
diis literarū, doctrinaq; præditū, quibus ego
maxime delector. Peto igitur abste, vt cum
siue aderit, siue nō venerit in Siciliā, in meis
intimis, maximeq; necessariis scias esse. Itaq;
trahes, vt intelligat meā in commendationē
sibi magno adjumento fuisse. Vale.

M. T. F. & Cicero Tironi Humanis. Et

Opt. S. P. D. Famil. 16. 1.

V Ide quanta in te sit suauitas, duas horas
Thyreifuius Xenomenes hospes tā te
diligit, quā si vixerit tecū. Is omnia pollici-
tus est, quæ tibi essent opus, facturum puto:
mihi placebat, si firmior essem vt te Leucadē
deportares, vt ibi te planè cōfirmares. Vide-
bis, quid Curio, quid Lysoni: quid Medico
placeat. Volebam ad te Marionē remittere,
quem cū meliusculè tibi esset, ad me mitte-
res: sed cogitauī vnas literas Marionem af-
ferre posse, me autem crebras expectare. Po-
teris

teris igitur, & facies si me diligis, ut quotidie
sit Acastus in portu, Multi erunt, quibus recte
literas dare possis, qui ad me libenter perfe-
runt. Et quidem Patras cuncte nemine preter-
mittam. Ego omnem spem tui diligenter cu-
randi in Curio habeo, nihil potest illo fieri
humanius, nihil nostri amatius. Ei te totum
trade: malo te paulo post valentem quam ita-
tim, imbecillem videre. Cura igitur nihil
aliud nisi ut tu valeas, cetera ego curabo: etiam
atque etiam vale. Leucade proficisciens. Se-
ptimus Idus Nouember.

M. T. Et, Q. Et, Q. Et, Q. Fil. Tironi.

S. F. Famil. 16. 7.

Tertiam ad te hanc Epistolam scripsi eadem
die, magis instituti mei tenendi causa;
Tquia natus eram, cui dare, quam quod
haberem quid scriberem. Igitur illa: quantu[m] me
diligis, tantum adhibe in te diligentiæ: ad tuas
innumerabilia in me officia, adde hoc, quod
mihi erit gratissimum omnium, cum valetudinis
ratione, ut spero, habueris habeto etiam nauigatio[n]is. In Italiâ cunctibus oibus ad me lite-
ras dabis, ut ego cuncte Patras nemine preter-
mittam. Cura te mi Tiro, quod non corrigit; ut
simul nauigares nihil est, quod festines; nec
quicquam cures, nisi ut valeas: etiam atq[ue] etiam

L I B E R

Vale. 7. Idus Nouembris Actio , vesperi.
M. T. C. T I R O N I. S. P. D.
Famil. 16. 12.

E Goverò cupio te ad me venire , sed viam
timeo : grauissimè ægrotasti: inedia , &
purgationibus , & vi ipsius morbi cōsumptus
es. Graues solēt offensiones esse ex grauibus
morbis , si quā culpa commissa est. Iam ad id
biduum , quod fueris in via , dum in Cumanā
veneris , accedent continuò ad redditum dies
quinq;. Ego Forminiano ad tertium Calēd.
esse volo ; ibi te vt firmū offendā , mi Tiro , ef-
fice . Literulæ meæ siue nostræ tui desyderio
oblanguerunt . Hac tamen epistola quā Aca-
stus attulit , oculos paululū sustulerunt . Poi-
peus erat apud me , cùm hęc scribēbā hilare ,
& libēter ei cupienti audire nostra , dixi sine
te omnia mea muta esse . Tu musis nostris pa-
ra vt operas reddas , nostra ad diem dictam
fiēt : docuit enim te fides Etymō quod habe-
ret . Fac planè vt valeas , nos ad sumus . Vale.
14. Calend. Ianuarij.

M.T.C. Curioni. S.P.D. Famil. 2. 3.

E Pistolarum genera multa esse non igno-
ras : sed vnum illud certissimū , cuius cau-
sa inuēta res ipsa est . Ut certiores faceremus
absenteis , si quid esset quod eos scire , aut no-
stra ,

stra, aut ipsorum interesset. Huius generis literas à me profectò nō expectes: domesticarū enim rerū tuarum habes & scriptores, & nūcios. In meis autē rebus nihil est sane noui. Reliqua sunt epistolarū genera duo, que me magnopere delectat, vnu familiare, & iocosū: alterū seuerū, & graue: utro me min? deceat vti, nō intelligo, iocer netecū per literas? ciuem me hercule nō puto esse, qui tēporibus histidere possit: an grauius aliquid scribā? quid est, quod possit grauiter à Cicerone scribi ad Curionē, nisi de Rep. atq; in hoc genere hæc mea causa est, vt neq; ea, quæ nūc sentio, velim scribere. Quamobrem, quoniā mihi nullum scribendi argumentū relictū est, utar ea clausula, qua soleo, teq; ad studiū summæ laudis cohortabor. Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quedam expectatio, quā tu una re facillimè vinces, si hoc statueris, quarū laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes cōparantur, in ijs esse elaborandū. In hanc sententiam scriberē plura, nisi te tua sponte satis incitatū esse considerem, & hoc quicquid attigi, nō feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.

M. T. C. BRVTO. S. P. D. Famil. 13. 15.

LIBER

Lvcio Titio Strabone, equite Romano in primis honesto & ornato, familiarissime vtor. Omissa mihi cum eo intercedunt iura summæ necessitudinis. Huic in tua prouincia pecuniam debet Publius Cornelius. Ea res à Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galiam est. Peto à te hoc diligentius, quām si mea res esset quod est honestius de amicorū pecunia laborare, quām de sua, vt negotium cōficiendum cures, ipse suscipias, transfigas, operamq, des, quoad tibi æquum, & rectū videbitur, vt quam cōmodissima cōditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est negotiū conficiat, ad nūmosq; perueniat. Id & mihi gratissimū erit, & tu ipse. L. Terētium cognosces amicitia tua dignissimam. Quod vt tibi curæ sit, vt omissa soleant esse, quæ me velle scis, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. C. S. D. T. FABIO. Famil. §. 18.

ET si ego mer, quite cōsolari cupio conso-
landus ipse sum propterea quod nullam
rem grauius iam diu tuli q̄ in cōmodū tuū:
tamen te magnopere nō hortor solū, sed etiā
pro amore nostro rogo, atq; oro, te colligas,
virumq; præbeas, & qua conditione oēs ho-
mines, & quibus tēporibus natī sumus, cogi-
tes.

tes. Plus tibi virgus tua dedit, quam fortuna
abstulit propterea quod adeptus es, quod non
multi homines noui: amisisti quod plurimi
homines nobilissimi. Ea deniq; videtur cō-
ditio impēdere legū, iudiciorū, temporum,
ut optimè agimus cū eo videatur esse, qui quā
leuissima pena ab hac Rep. discesserit. Tu
xerò qui & fortunas, & liberos habeas, & nos
caterosq; necessitudine, & benevolētia tecū
cōiunctissimos, quiq; magnā facultatē sis ha-
biturus nobiscū, & cūm omnibus tuis viuen-
di: & cūm vnam sic iudicium ex tam multis,
quod reprehendatur, idque una sententia,
eaque dubia potentia alicuius condonatum
exit: metu omnibus his de causis, debes istā
molestiam quā leuissimè ferre. Meus animus
erit in te, liberosq; tuos semper, quem tu es-
sis, & qui esse debet. Vale.

M. T.C. TRABATIO. S. D. Fam. 6. 11.

Dolobellam anteā tantummodo dilige-
bam, obligatus ei nihil eram. Nec enim
acciderat mihi opus esse: & ille mihi de-
bebat, quod non defueram eius periculis.
Nunc tanto sum deuinlus eius beneficio,
quod & anteā in re, & hoc tempore in salute
tua cumulatissimè mihi satisfecit, ut nemí-
ni plus debeam. Qua in re pergratulor tibi

L I B E R

Ita vehementer, ut te quoq; mihi gratulari,
quā gratias agere malim: alterū nō omnino
desydero, alterūn verè facere poteris. Quod
reliquū est, quādō tibi virtus, & dignitas tua
reditū ad tuos aperuit, est tuæ sapiētie magni
tudinisq; animi quid amiseris obliuisci, qd
recuperauerit scogitare. viues cum tuis, viues
nobiscū: plus acquisiuisti dignitatis, quam a-
misiisti rei familiaris, quæ tamē ipsa esset iu-
cūdior, si nulla esset Respu. Nestorius noster
familiaris ad me scripsit, te mihi maximas
gratias agere Hæc prædicatio tua mihi valde
gratis est, eaq; te vti facile patior, cum apud
alios, tum me hercule apud Syronē nostrum
amicum, quæ enim faciamus, ea prudentis-
si no cuique maxime probata esse volumus.
Te cupio videre quam primū.

C I C E R O T R E B A T I O.

S. D. Famil. 7. 14.

Chrysippus Vectius Cyri architecti liber-
tus fecit, ut te nō immemorem putarem
mei: salutē enim in ihi tuis verbis nuntiauit.
Valde iam laetus est, qui grauēre literas ad
me dare, homini presertim propè domestico,
Quòd si scribere oblitus est, minus multi iā
te aduocato causa cadent. Sin nostri oblitus
es, dabo operam vt isthuc veniā antē quam
planē

planè ex animo tuo effluam. Sin æstiuorū
timor te debilitat, aliquid excogita, vt feci-
stī de Britannia. Illud quidem per libēter au-
diui ex eodem Chrysippo, te esse Cæsarī fa-
miliarem: sed me hercule mallem, id quod
erat equius, de tuis rebo ex tuis literis quām
sæpissimè cognoscere: quod certè ita fieret,
situ maluisses benevolentię, quām litiū iura
perdiscere. Sed h̄c iocati sumus, & tuō mo-
re, & non nihil etiam nostro. Te valde ama-
mus, nosque à te amari, tum volumus, cum
etiam confidimus. Vale.

M. T. C. Cassio. S. P. D. Famīl. 12. 8.

SCelus affinis tui Lepidi, sumināq; leuita-
tem, & constantiā, ex actis, quæ ad te mitti
certò scio cognosse te arbitror. Itaq; nos cō-
fecto bello, vt arbitrabamur renouatū bellū
gerimus, spemq; oīnne in D. Bruto, & Plancō
habemus. Si verum quæris, in te, & in meo
Bruto non solum ad præsens, perfugimus, si
(quod nolim) aduersi quid acciderit, sed etiā
ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos
hic de Dolobella audiebamo, quæ vellemus,
sed certos autores nō habebamus. Te quidē
magnum hominē, & præsenti iudicio & reli-
qui tēporis expectatione scito esse. Hoc tibi
proposito fac, vt ad summa contendas. Nihil

LIBER.

est tantum; quod non populus Romanus à te perfici, atque obtineri posse iudicet. Vale.

M. T. C. M. Lepido. S. P. D. Fam. 10. Ep. 27.

Quoniam mihi pro mea summa erga te be-nevolentia magna cura est, ut quam amplissima dignitate sis, moleste tuli, te Senatui gratias non egisse, cum es ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter ciueis conciliandæ te cupidum esse iutor. Pacem eam si à seruitate sciungis, consales & Reip. & dignitatitua si ista pax perditum hominem in possessionem impotentiissimi dominatus restituta est, hoc animo scito esse omneis sanos, ut morte seruitati anteponat. Itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones, quæ neque senatui, neque cuiquam bono probatur. Sed hec audies ex aliis, aut certiores literis. Tu pro tua prudentia quid optimum factu sit, videbis.

M. CICERO CN. PLANCO IMP.

CONS. Desi. S. P. D. Fa. 10. 2.

Meum studium honori tuo non defuissest pro necessitudine nostra, si aut tutò in senatum, aut honestè venire potuisset. Sed nec sine periculo quisquam liberè de Repub. sentiēs versari potest in summa impunitate

gla-

gladiorum. Nec nostræ dignitatis videtur esse ibi sententiam de Rep. dicere, vbi me, & melius & proprius audiant armati, quam senatores. Quapropter in priuatis rebus nullum nec officium, nec studium meum desiderabis: ne in publicis quidem. Si quid erit, in quo me interesse necesse sit, vñquā de eo, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuae. In his autem rebus, quæ nihilominus, ut ego absim, offici possunt, peto à te, ut mei rationem habere velis, & salutis, & dignitatis meæ. Vale.

M. T. C. PAPYRIO PÆTO.

S. P.D. Famil. lib. 9. Epist. 19.

Tamen à malitia non discedis, tenuicule apparatu significas. Balbum fuisse contentum. Hoc videris dicere, cum reges tam sicut continentes, multò magis cōsulareis esse oportere, nescis me ab illo omnia expiscatus redi enim à porta domū meam venisse, neque hoc admiror, quod non ad tuā potius, sed illud, quod ad suā. Ego autem tribus primis verbis, quid noster Pætus? at ille adiurans nusquam se vñquā libentiū. Hoc si verbis assecutus es, aureis ad te afferā non minus eleganteis: sicut autem obsonio, peto à te ne plurcis esse balbos, quam disertos putas. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed si me expediero, ut in

ulta

L I B E R

ista loca venire possim, nō committam, vt te
serò à me certiorem factum putas. Vale.

C. Trebonius.

M. T. C. S. D. Famil. lib. 2. Epist. 16.

S I vales bene est: ego quidem valco. Athe-
nas veni ad. x i. Calend. Junij, atque ibi,
quod maximè optabam, vidi filiū tuum de-
ditum optimis studijs, summaque modestia
fama. Qua ex re quantā voluptatē ceperim,
scire potes etiam me racente. Non enim ne-
scis, quanti te faciam, & quām pro nostro ve-
terrīmo, verissimoq; amore omnibus tuis e-
tiam mīnīmis cōmodis, non modō tanto bo-
no, gaudeam. Noli putare mi Cicero, me hoc
auribus tuis dare. Nihil adolescenti tuo, atq;
adeo nostro (nihil enim mīhi à te potest esse
se iunctum) aut amabilius omnibus ijs, qui
Athenis sunt, est: aut studiosius earum artiū,
quas tu maximè amas, hoc est, optimarum.
Itaq; tibi, quod verè facere possum libenter
quoq; gratulor. nec mīnīs etiam nobis quod
eum, quē necesse erat diligere qualiscunq;
esset talem habemus, vt libenter quoq; dili-
gamus. Qui cùm mīhi in sermone iniecerit
se velle Afrāni visere nō modo iniuratus, sed
etiam rogatus est à me, vt id potissimū nobis
obtinentibus pruinciam, faceret. Cui nos &

cha-

charitate & amore tuum officium præstatu-
ros non debes dubitare. Illud quoq; erit no-
bis curæ, vt Cratippus vnà cū eo sit, ne putes
in Asia feritatū illum ab ijs studijs in quæ tua
cohortatione incitatur, futurum. Nam illū
paratum vt video, & ingressum pieno gradu,
cohortari non intermittemus, quò in dies lō
giùs discendo exercendoq; se, procedat. Vos
quid ageritis in Repu. cùm has literas dabā
nō sciebam. Audiebā quædā turbulēta, quæ
scilicet cupio esse falsa, vt aliquando ociosa
libertate fruamur: quod vel minimè ad huc
mihi contigit. Ego tamen natus in nauiga-
tione nostra pusillum laxamenti, concinnaui
tibi munusculum ex instituto meo & dictū,
cum magno nostro honore à te dictum, con-
clusi, & tibi infrà subscripti. In quibus versi-
culis si tibi quibusdam verbis euthyrrimo-
nesteros videbor, turpitudo personæ eius in
quā liberius inuehimur, nos vindicabit.
Ignoscet etiā iracundia nostræ, quæ iusta est
in ciusmodi & homines & ciues. Deinde qui
magis hoc Lucillo licuerit assumere liber-
tatis, quā nobis? cum etiā si odio pari fuerit
in eos, quos læsit, tamen certè nō magis dig-
nos habuerit, in quos tanta libertate verbo-
rum incurreret. Tu sicut mihi pollicituses,

adiun-

LIBER

adiunges me quam primū ad tuos sermones.
Namq; illud non dubito, quin si quid de in-
teritu Cæsar is scribas, nō patiaris me inini-
mā in partem & rei & amoris tui ferre. Vale
& matrem, meosq; tibi commendatos habe.
vij. Calend. Iunias Athenis.

C. Curio. S. P. D. Famil. 7. 32:

Facile perspexi extuis literis, quod sem
per studiū, & me à te pluri mī fieri, & te
intelligere q̄ mihi charus es ses. Quod
quando uterq; nostrū consecutus est, reliquū
est ut officiis certenius inter nos, quib⁹ æquo
animo vel vincam te, vel vincar abste. Ad
Aciliū nō fuisse necesse meas dare lites, fa-
cile patior. Sulpitij tibi operā, intelligo ex
tuis literis, nō multum opus fuisse, propter
restuas ita cōtractas, ut quēadmodū scribis,
nec caput, nec pedes: equidē vellē vti pedes
haberent, ut aliquando redires. Vides enim
ex aūisse iam veterem vrbaniitatē, ut Pomipo-
nius noster suo iure possit dicere, nisi nos
pauci retineamus gloriam antiquam Atti-
cam. Ergo istib⁹, nos ei succedimus. Veni
igitur quæso, ne tantum semen vrbaniatis
una cum Repub. intereat. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. Famil. 13. 33.

IN

In Halesina ciuitate tam lauta, quam nobis
li coniunctissimos habeo, & hospitio & fa-
miliaritate M. & Clodium, Archagatum, &
Philomene: sed vere oī, ne quia complureis tibi
precipue cōmendo ex æquare videar ambi-
tione quadam cōmendationes meas, quan-
quam à te quidē cumulatè fatis fit, & mihi,
& meis omnibus. Sed velim sic existimes, hāc
familiam, & hos mihi maxime esse coniun-
ctos vetustate, officiis, benevolentia. Quam-
obrem peto à te maiorem in modum, ut his
omnibus in rebus, quantum tua dignitas fi-
desq; patietur, commodes. Id si feceris, erit
mihi vehementissimè gratum. Vale.

M. T. C. ACILIO PRO. S. P. D.

Famil. lib. 13. Epist. 34.

Geo Ottacilio Nasone vtor familiaris
simè ita prorsus, ut illius ordinis nullo
familiari. Nam & humanitate eius, & pro-
bitate in consuetudine quotidiana magno-
pere delector. Nihil iam opus est expectare
te, quibus eum verbis tibi cōmodem, quo sic
vtor, ut scripsi. Habet is in provincia tua, ne-
gocia, quæ procurant liberti Hilarius, An-
tigonus, Demonstratus: quos tibi nego-
ciaq; omnia Nasonis, non secus commendando,
se si mea essent. Gratissimum mihi feceris, si
in-

LIBER

intellexero hanc commendationem magnū
apud te pondus habuisse. Vale.

M. T. C. ACCILIO PROC. S.P.D.

Famil. Lib. 3. 35.

AVITUM mihi hospitium est cum Lyfone
Lyfoni filio Lilybatano, valdeque ab eo
obseruor, cognouiq; dignum & patre & auo.
Est enim nobilissima familia. Quia propter
comendo tibi maiorem in modum rem do-
mumq; eius. Magnoq; opere à te peto cures,
ut is intelligat meam commendationem ma-
ximo sibi apud te, & adiumento, & ornamē-
to fuisse. Vale.

M. T. C. Acilio PROC. S.P.D.

Famil. 13. 36.

CAIUS Auianus Philoxenus antiquus est
hospes meus, & præter hospitium valde
etiam familiaris, quem Caesar meo beneficio
in Monocomenseis retulit. Nomen autem
Auiani consecutus est, quod homine nullo
plus est vsus, quam Flacco Auiano meo, quæ-
admodū scire arbitror, familiarissimo. Quia
ego omnia collegi, ut intelligeret nō vulgare
esse commendationē hanc meā. Peto igitur abs-
te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua
facere possis, ei comodes, habeasq; in nume-
ro tuorum, perficiasq; ut intelligat has lite-

ras meas magno sibi vniuersitate fuisse. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

CICERO PLANCO IMP. CONS.

Desig. S. P. D. Fam. lib. 10. Epist. 13.

VT primū potestas data est augeādā dignitatis tux, nihil prætermisi in te ornādo, quod positum esset aut in præmio virtutis, aut in honore verborum: id ex ipso senatus consilio poteris cognoscere. Ita enim est per scriptum, ut à me descripto dicta sententia est, quam senatus frequens secutus est summo studio, magnōq; consensu. Ego quāquam ex tuis literis quas mihi misisti perspexeram te magis iudicio bonorum, quām insignibus gloriā delectari, tamen considerandum nobis existimauī, etiā si tu nihil postulares, quantum tibi à Repub. deberetur. Tu cōtexes extrema cum primis. Qui enim M. Antonium oppresserit, is belum confecerit. Itaq; Homerus nō Aiacem nec Achillem, sed Ulyssēm appellauit poliporthon.

M. T. C. Cassio. S. P. D. Fam. 26.

QVI status rerum fuerit, tūm, cūm has litteras dedi scire poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono & optimè de Repub. sentiente. Nam quid dicā cupidissimo tui, qui domo & fortunis relictis, ad te potissi-

L I B E R

quiū m̄ profectus sit? Itaq; eum tibi ne commēdo quidem: aduentus ipsius ad te satis cum commendabit. Tu velim sic existimes, tibiq; persuades, omne perfugium honorum in te, & Bruto esse positum, si (quod nolim) aduersi quid euenerit. Res cūm h̄c scribēbam erat in extremum deducta discrimē. Brutus enim Mutinæ vix iam sustinebat. Qui si conseruatus erit, vicimus: sin (quod Vīj omē auertāt) oppressus ubi erit, omnis hominū cursus est ad vos. Proinde fac tantum animum habeas, tantumq; apparatū, quanto opus est ad uniuersam Remp. recuperandam. Vale.

M. T. C. Cornificio Collegz,

S. Famil. 2. 17.

GRATA mihi est vehementer memoria nōstrī tua, quam significasti literis, quam ut conseruas, non quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nūciata sunt, quæ, quia tibi sunt propiora, quam nobis, tua me causa magis mouet, quam mea. Romæ sumimum ocium est, sed ita, ut malis salubre aliquod & honestum negotiū: quod spero fore, quia video id curæ esse Cæsari. Me scito dum tu absis, quasi occasionem quandā & licentiam nācum, scribere audacius, &

Ecetera quidem fortasse, quæ etiam tu concedes. Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi, in quo saepe suspicatus sum, te à iudicio nostro, sic scilicet ut doctū hominē à non indocto, paululum dissidere. Huic tu libro, maximè velim ex animo si minùs gratiæ causa suffragere. Dica in tuis, ut eū, si velint, describat, ad teq; mittant. Puto enim etiam si rem minùs probabis, tamē in ista solitudine quicquid à me pfectū sit, iucundū tibi fore. Quod mihi existimationē tuam, dignitatēq; commendas, facis tu quidem omnium more. Sed velim sic existimes me, cùm amore, quē inter nos mutuum esse intelligam, plurimum tribuam, tum de summo ingenio, & de optimis tuis studiis, & de spe amplissimæ dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteposam, comparem paucos. Vale.

M. T. C. Q. Therimo Propr.

S. D. Famil. 3. 25.

Cum mihi multa grata sunt quæ tu ad ductus mea commendatione fecisti, tum in primis, quod M. Marcilium amici, atq; inter pretis mei filium liberalissime tractauisti. Venit enim Laodicā, & tibi apud me, mihi que propter te gratias maximas egit. Quare, quod reliquū est, à te pecto,

LIBER

quando apud gratos homines beneficium
ponis, ut eo libetius his commodes operaq;
des, quoad fides tua patietur, ut socrus ado-
lescentis rea ne fiat. Ego cum ante studiosè
comendabam Marcilium, tuum multò nunc
studiosius, quod in longa apparitione singu-
larem, & propè incredibilem patris Marcilij
fidē abstinentiā, modestiāq; cognoui. Vale.

Libri primi finis.

LIBER SECUNDVS.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO.
S. Ad Attic. Lib. 3. Epist. 28.



X TVIS LITERIS,
& ex re ipsa, nos funditus
perisse video. Te oro ut
quibus in rebus meis tuis
indigebut nostris miseriis
ne desis. Ego te, ut scribis,
citò videbo: plura non scri-
bo, cura ut valeas.

M. T. C. T. P. ATTICO. S. Ad
Attico. Lib. 3. Epist. 21.

T Riginta dies erat lapsi, cum dabam has
literas per quos nullas à vobis acceperā,
mibi

mihi autem erat in animo iam , vt anteā ad te scripsi, ite in Epeirum , & ibi omnē casum potissimum expectare. Te orō ut si quid erit quod perspicias , quācunq; in partem quām plenissimē ad me scribas: & meo nomine , vt scribas literas quibus putabis opus esse , vt des. Vale. v. Calend. Nouemb.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attico. 3. 1.

Ego quōd per Thessaliā sī rem in Epeirū , perdiū nihil crā auditurus , & quod mei studiosos habeo Dyrrachinos. Ad eos perrexi , cum illa superiora Thessalonicæ scripsissem inde cum ad te me conuertam , faciam , vt scias: tuquē ad me velim omnia quām diligentissimē , cuiusmodi sunt , scribas. Ego iā aut rem , aut ne spei quidem exspecto. Vale. v. Calend. Decemb. Dyrrachijs.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attico. li. 3. Epi. 1.

Cum anteā maximē nostra interesse arbitrabar te esse nobiscum , tūmverò , vt legi rogationem , intellexi ad iter quod constitui , nil mihi optatius cadere posse , quām vt me quām priūm consequare , vt ex Italia profecti esse inus: siue per Epeirū inter cūset faciē dum: tuo , tuorūque præsidio vteremur. siue aliud quid agendū esset , certū consiliū de tua sententia capere possemus. **Q**uām obrem te

oro, des operam, vt me statim consequare: fa-
cilius potes quoniam de Provincia Macedonia
perlata lex est. Pluribus verbis tecum egerem,
nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

M. T. C. T.P. Attico. S. Ad Atticum.

Lib. 3. Epist. 2.

ITineris nostri causa fuit, quod non habebam
locum ubi pro meo iure diutius esse posse,
quam in fundo Sicceæ, præsentium nondum ro-
gatione correcta: & simul intelligebam, ex co-
loco si iter haberem, posse me Brundusium re-
ferre, sine te autem non esse nobis illas parteis
tencendas propter Antonium. Nunc ut ad te an-
teà scripsi, si ad nos veneris, consilium totius rei
capiemus: iter esse molestum scio, sed tota
calamitas omnis molestias habet. Plura scri-
bere non possum, ita sum animo perculso &
abiecto. Cura ut valeas. Dat. ix. Idib. Apri-
lis Narya Locridis.

M. T. C. T.P. Attico. S. Atti. 3. 3.

VTinam illum diem videam, cum tibi aga-
gratias, quod me vivere coegisti. Adhuc
equidem valde me paenitet: sed te oro, vt ad
me Vibonem statim venias, quod ego multis
de causis conuerti iter meum: sed eò si venc-
ris, de toto itinere, ac fuga mea consilium ca-
pere potero: si id non feceris, mirabor, sed co-
fida

SECUNDVS.

20

fido te esse omnino facturum. Vale.

M. T. C. T. P. Attico. S. Atti. 3. 5.

Tarentia tibi & sepe, & maximas gratias agit, id est mihi gratissimum, ego enim viuo miserrimus, & maximo dolore conficio, ad te quid scribam, nescio. Si enim es Romæ, iam me assequi non potes: si es in via, cum eris me assecutus, coram agemus, quæ erunt agenda: tantum te oro, ut quoniam me ipsum semper amasti eodem amore sis. Ego enim idem sum, Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt, cura ut valeas. viij. Idus Ap. Thuri.

M. T. C. T. P. Attico. S. Atti. 3. 6.

Non fuit mihi dubium, quin te Tarenti, aut Brundusi, visurus essem, idque ad multa pertinuit meis, & ut in Epeiro consideremus, & de reliquis rebus tuo consilio vteremus: quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum maiorum. Nobis iter est in Asiam, maximè Cyzicini, tibi meos commendo me vix, misereq; sustento. Vale. Dat. 14. Ca. Maij Tarenti.

M. T. C. T. P. Attico. S. Atti. 3. 26.

Potuum à me discessum literè mihi Roma allatæ sunt, ex quibus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse: neque

L I B E R

enim (sed bonam in partem accipies) si ylla
spes saluti nostræ subesset, tu pro tuo amore
in me hoc tempore discessisses: sed ne ingra-
ti, aut ne oia yelle nobiscum yna interite vide-
amur, hoc omitto: illud abs te peto, des ope-
ram illud, quod mihi affirmasti, vt te ante
Calend. Ianua. vbiq; erimus, sistas. Vale.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attico. 3. 16.

Totum iter mihi incertum facit expe-
ctatio literarum tuarum Caléd. Sixtil.
daturum, nō aliud aliquid. Si spes erit,
Epcirum: sin min? Cyzicum, aut aliud quid
sequemur. Tu x quidein literæ, quod s̄epius
à me leguntur, hoc spem faciunt mihi mi-
norem, quam cùm lectæ sunt, tum id quod
attulerunt ad spem, infirment. Ut facile ap-
pareat te & consolationi seruire, & veritati:
idq; te rogo planè, vt ad me quæ scis vt erūt,
quæ putabis, ita scribas. Vale. Dat. 12. Ca-
lend. Septemb.

M. T. C. P. Attico. S. Ad Attic. li. 3. Epi. 18.

Expectationem nobis non paruam at-
tuleras, cum scriperas Varronē tibi
pro amicitia confirmasse causam no-
stram Pompeium certè suscepturnū, & simul
ac à Cæsare ei literæ, quas expectaret, remisſe
essent, autorem etiam daturū: ytrum id nihil
fuit?

fuit? an aduersatæ sunt Cæsaris literæ? an est aliquid in spe? etiā illud scripscras, eundem secundum comitia dixisse. Fac, si vides quantis in malis iaceam, & si putas esse humanitatis tuæ, me fac de tota causa nostra certiore. Nam Quintus Frater, homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena, metuens credo defectionem animi mei. Tuæ autem literæ sunt variæ. neque enim me desperare vis, nec tenet sperasse. Fac obsecro te, ut omnia, quæ à te prospici possunt, sciamus.

M. T. C. P. Attico. S. Attic. 3. 11.

ME & tuæ literæ, & quidam boni nuntij, non optimis tamen autoribus, & expectatio vestrarum literarum, & quod tibi placuerat, adhuc Thessalonicæ tenebant, si accepero literas, quas specto, si spes erit ea, que rumoribus, ad te me conferam: si non erit, faciam te certiore, quid egerim. Tu me, ut facis, opera, consilio, gratia iuua. Consolari iam desine: obiurgare verò noli. Quod cum facis, ut ego tuum amorem & dolorem desidero, quem ita affectum mea ærumnæ esse arbitror, ut te ipsum consolari nemo possit. Quintum Fratrem optimum humanissimumq; sustenta. Ad me, obsecro te, ut omnia certa

LIBER

perscribas. Dat. 4. Calend. Quintil.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attic.

lib. 3. Epist. 4.

M Iscri^{re} nostr^{re} potius velim, quām incōstantia tribuas, quod à Vibone, quod te arcessebamus, subito discessimus: alata est enim nobis rogatio de pernicie mea, in qua quod cōfectum esse audieramus, erat huiusmodi, ut mihi vltra quadringenta milia liceret esse. Illo cum peruenire nō liceret, statim iter brundusium versus contuli ante diē rogationis, ne & Sicca apud quem eram p̄tiret, & quod Melita^r esse nō licebat. Nunc tu propera, ut nos consequare, si modò recipiemur, adhuc inuitamur benignè, sed quod superest timemus. Memi Pōponivalde p̄enitet viuere: qua in re apud me tu plurimū valueris: sed hæc corā, fac modò, ut venias. Vale.

M. T. C. T. P. Attico. S. D. Atti. 1. 10.

A Siam Quinte suauissimo fratri obtigis se audisti: nō enim dubito, quin celerius tibi hic rumor, quam vilius nostrū literæ nūciarint. Nanc, quoniam & laudis audiissimi semper faimus, & pr̄ter cœteros Phillelines & sumus & habemus, & multorū odia, atque inimicitias Reipu. causa suscepimus, panditis aresthas mimnisces curaq; & effice, ut ab omni-

omnibus & laudemur, & amemur. His de rebus plura ad te in ea epistola, scribam, quām ipsi Quinto dabo. Tu velim me certiorem facias, quid de meis mandatis cegeris: atque etiam, quid de tuo negotio. Nam, ut Brudus profectus es, nullæ mihi abste sunt reditæ literæ. Valde aucto scire, quid agas. Idus Martijs. Vale.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attic. 2. 10.

Volo ames constantiam meam, ludos Antij spectare nō placet. Etenim ypsilonicon cum velim vitare omniū deliciarum suspicionē, repente anaphancathā non solum delicate, sed etiam ineptē peregrinantē. Quare vsq; ad Nō. Maias te in Formiano expectabo. Nūc fac, vt sciam, quo die te visuri simus. Ad pii foro hora quarta derani aliam paulò ante à tribus tabernis.

M. T. C. T. P. Attico. S. Atti. 2. 11.

NArrotibi planè, relegatus mihi videor, postea quā in Formiano sum, dies enim nullus erat Atij cum essem, quo die non melius scirem Romæ quid ageretur, quām ij, qui erant Romæ: etenim literæ tuæ non solum quid Rome, sed etiam quid in Repub. neque solum quid fieret, verū etiam quid futurum esset indicabant. Nunc, nisi si quid

LIBER

ex prætereunte viatore exceptum est, scire
nihil possumus. Quare quanquam iam te ipsum
expecto, tamen illo puerō, quē ad me statim
iusti recurrere, da ponderosam aliquā epistolā
iam, plenā omnium nō modo actorū, sed etiā
opinionum tuarum: ac diem, quo Roma sis
exiturus, curā ut sciā. Nos in Formiano esse
volumus usque ad pridie No. Maias, eò si an-
te diē non veneris, Romā te fortasse videbo.
Nam Arpenum quid ego te inuitem? Hęc
igitur: cura ut valeas.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attico. 3. 13.

Quod ad te scripseram, me in Epeiro fu-
turum, posteaquā extenuari spem
nostram & euane scere vidi, mutauit consiliū:
nec me Thessalonica commouit, ubi cō-
stituerā, quod aliquid ad me de eo scriberes.
Quod proximis literis scripseras fore, ut
secundū comitia aliquid de nobis in senatu
ageretur, id tibi Pompeium dixisse. Quid de
re, quoniam comitia habita sunt, tuque nil
adīne scribis, perinde habeho, ac si scripssis-
ses nil esse, ineq; temporis nō longinqui spe-
ductum esse, moleste feram. Quem autem
modum te videre scripseras, qui nobis utilis
fore videretur, cum nunciant, qui veniunt,
nullū fore. In Tr. Pl. Dēss. reliqua spes est,

Quam

n. 1emay. 19

Quam si expectaro, non erit, quod putas me
causæ meæ, ac voluntati meorum defuisse.
Quod me sæpe accusas, cur hunc meum ca-
sus tam grauiter feram, debes ignoscere,
cum ita me afflictū videoas, ut neniū vñquā
nec videris nec audieris. Nam quod scribis
te audire, me etiam mentis errore, ex dolore
affici, mihi vero mens integra est. Atq; vtinā
tam in periculo fuitset, cum ego ijs quibus
salutem meam charissimam esse arbitrabar,
inimicissimis crudelissimisq; vsus sum, qui,
vt me paulūm inclinati timore viderunt, sic
impulerunt, vt omni suo scelere, & perfidia
abuterentur ad exitium meum. Nunc q̄ in-
niam iam est Cyzicum nobis eundem, quo
rarius ad me literæ perferentur: hoc velim
diligētiū omnia, quæ putaris me scire opus
esse, perscribas. Quintum fratrem meum
fac diligas, quem ego miser, sic incolumem
reliquo, non mē totum perisse arbitrabor.
Vale. Nonus Sextilis.

M. T. C. T. P. Attico, S. Attico. 3. 14.

EX tuis literis plenus sum expectatione dē
Pompeio, quid nam de nobis velit, aut o-
stēdat. Comitia. n. credo esse habita, quibus
absolutis scribis illi placuisse agi de nobis.
Si tibi stultus esse video, qui sperem, facio-

tuo

LIBER

tuo iussu, & scio te me ijs epist. potius, & me-
as spes solitum esse remorari. Nunc velim
mihi planè prescribas, quid videoas. Scio nos
nostris multis peccatis in hanc ærumnā in-
cidisse. Ea si qui casus ex parte correxerint
mihū molestè feremus nos vixisse, & adhuc
viuere. Ego propter vię celebritatem, & quo-
tidianam expectationē rerū nouarum, nō cō-
moui me adhuc Thessalonica: sed iam extru-
ditur, non à Planco (nam is quidem retinet)
verū ab ipso loco minimè apposito ad to-
lerandam in tāto luētu calamitatē. In Epe-
rum igitur vt scripsoram, nō iui, quod subiti
mihi aduersi nuntij venerant, & literæ: quare
nihil esset necesse quā in proximè Italiā esse.
Hinc si aliquid à comitijs audierimus nos
in Asiam conuertemus: neq; adhuc stat quod
potissimum. Sed scies. Valc. xij. Calend.
Sextil. Thessalonica.

M. T. C. T. P. Attico. S. Atti. 4. 13.

Nestorius noster mi per literas fecis
certiorē, te Rōma ad viij. Idus Maij
putare profectum esse tardius quam
dixerat: quod minus valuisse, si iam melius
vales, vehementer gaudeo. Velim domum
ad tuos prescribas, vt mihi tui libri patecant, nō
fecus ac si ipse adesses, cum cæteri, tum Var-
ronis,

ronis, est enim mihi vtedum quibusdam rebus ex ijs libris, ad eos, quos in manibus habeo, quos vt spero tibi, valide probabo. Velim si quid fortè noui habes maxime à Quinto fratre, deinde à C. Cæsare, & si quid de Comitijs, de Repub. fortè (foles enim tu hæc festiuè odorari) conscribas de me si nihil habebis, tamē scribas aliquid: nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiua, aut loquax visa est. Maxime autē rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quam primum reuisas. Dionysium iube salvare. Cura, vt valeas.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attic. 5. 3.

AD quintū Iduū Maij veni in Trebulanū ad Pontiū, ibi mihi tuæ literæ binæ redditæ sunt tertio abste die. Eodem autē ex Pōpeano Philotimo dederam ad te literas: nec uerò nūc erat sanè quid scriberē, qui de Rep. rumores scribe quæso. In oppidis enim summū video timorē: sed multa inania, quid de iis cogites, & quando: scire velim. Ad quas literas tibi rescribi velis, nescio. Nullas enim ad huc acceperā, pter quæ mihi bene semel in Trebulano redditæ sunt: quarum alteræ edictum Publij Licinij habebant: erant autē. Non. Maij datæ: alteræ rescriptæ ad meas

Min-

L I B E R

Minturnes ses quā vere orne qd fuerit spudeo-
teron in ijs, quas nō accepi, quibus rescribi
vis Lentulū p̄onam tecū in grutiā. Dionysius
nobis cordi est. Nicanor tuus operam mihi
dat e gregiā. Iam deest quid scribam, & licet
Beneventi cogitabā hoc de nostra continen-
tia, & diligentia esse satis, faciemus satis L.
Pontio ex Trebulano. ad v. Idus Maij.

M. T. C. T. P. Attico. S. Attico. 5. 6.

Arentū veni ad xv. Calend. Iun. quod
TPontium statuera m expectare, commo-
dissimum duxi dies eos, quod ille ve-
niret, cum Pompeio consumere, eoq;
magis, quod ei gratiam esse id videbā: quin
etiam à me petierat, vt secum & apud se essē
quotidie, quod cōcessi libēter. Multos enīm
eius præclaros de Repub. sermones accipiā.
Instruar etiam cōsilijs idōneis ad hoc nostrū
negotiū. Sed ad te breuior iam in scribendo
incipio fieri, dubitans Romā ne sis, an iam
profec̄t, quod tamē quoad ignorabo, scribā
aliiquid potius quam cōmittā vt tibi cū pos-
sint reddi à me literæ, non redditantur, nec ta-
mē iam habeo quid aut mandē tibi, aut nar-
rem. Mandaui oīa quidē, quā tu, vt polliceris
exhaustis narrabo cū aliiquid habebō no-
vi. Illud tamen non desinam, dum abesse pu-
tabo,

tabo, de Cæsar is nomine rogare, ut confectu
relinquas. Auidè expecto tuas literas, & maxi
mè, ut norim tempus præfectionis tuæ. Vale.

T. P. Attico. Atti. 7. 4.

Dionysium flagrantem desiderio tui misi
ad te, nec me hercule ex quo animo: sed
fuit concedendū. Quē quidē cognoui cùm
doctum (quod mihi iam ante erat notū) tūm
fanētum plenū officij, studiosum etiam meq;
laudis, frugi hominē: ac , ne libertinum lau
dare videar, planè virum bonū Pōpe iū vide
iij. Idus Decembris. Fuimus ynā horas diuas
fortasse, magna lātitia mihi visus est affici
meo aduentu , de triūpho hortari , suscipere
parteis suas monere, ne antē in Senatū acce
derē, quām rem cōfecisse, ne dicēdis sentē
tiis aliquē tribunū alienarem. Quid queris?
in hoc iudicio , & officio sermonis nihil po
tuit esse prolixius. De Rep. autē ita mecū lo
cutus est, quasī nō dubium bēllū haberemus.
Nihil ad spē concordiæ. Planè illū , à se alie
natum cùm antē intelligeret, tum verò, pro
ximè iudicasset, venisse Hirciū à Cæsare, qui
esset illi familiarissimus , ad se nō accedisse,
& cùm ille ad ix. Idus Decēb. vesperi venis
set, Balbus de tota re cōstituisset ad vij. Idū,
ac Scipione ante lucem venisse, multa de no

L I B E R

Et profectū esse ad Cæsarē. Hac illi tecum
riodes videbatur esse alienatiōis. Quid mul-
ta? nihil me aliud cōsolatur, nisi quōd illum,
cui etiam inimici alterū consolatū, fortuna
summam potentiam dederat, non arbitror
fore tam aīcentem, vt hæc in discrimen ad-
ducat: quod si ruere cœperit, ne ego multa ti-
meo, quæ non audeo scribere, sed vt nunc est
ad iij. Non. Ian. ad urbem cogito. Vale.

T. P. A T T I C O Atti. 7. 6.

P Lanè deest, quid ad te scribā. Nota omnia
tibi sunt nec ipse habeo à te quid expectē.
Tantum igitur nostrū illud solēne feruamus,
vt ne quē istuc cunctē sine literis dimittamus.
De Rep. valde timeo: nec adiuc ferē inueni,
qui non concedendum putaret Cæsari, quod
postularet, potius quām de pugnandum. Est
illi quidem impudens postulatio opinione
valētior. Cur autē nunc primū ei resiliamus,
vgarantude mizon epotheca con, quām cū
quinquennium prorogabamus; aut cūm vt
absentis ratio haberetur, ferēbamus. Nisi
fortē hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cū
bene parato pugnaremus. Dices, quid tu igi-
tur sensurus es? nō idem, quod dicturus, sen-
tiam enim omnia facienda, ne armis decer-
tetur, dicam idem, quod Pompeius, neque id
faciam

laciā humili animo , sed rursus hoc per magnum Reip. malum est, & quodāmodo mihi præter cetera. Non rectum me in tantis rebus à Pompeio discedere. Vale.

T. P. ATTICO S. Att. 7. 9.

Subitò consilium cepi, ut ante, quam illo ceret extrem ne qui cōspicetus heret, aug sermo, lectoribus præsertim laureatis. De reliquo, neq; hercule quid agam, nec auctorius quid sim, scio. Ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilij. Tibi vero quid suadeam , cuius ipse cōsilium expesto? Cneus noster, quid consilij ceperit, capiatue, nescio, adhuc in oppidis coactus, sed cīcūpēt omnes. Si in Italia consistat , erimus una: si ceder, consilij res est adhuc incerti. Nisi ego insano, stulte omnia , & incaute agi iudico. Tu quoq; ad me crebro scribe , veli quod in buccam venerit. Vale.

T. p. ATTICO. Att. 7. 17.

Nihil habeo quod ad te scribā, quinetia epistolam, quam eram elucubrat ad te non dedi. Erat enim plena speci bone, quod, & cōcionis voluntatem audieram, & illum cōdicionibus ysurum putabā præsertim suis. Ecce tibi iii. Non. Februarius, mane , accepi litteras tuas , Philotimi , Furij. Curionis

LIBER.

ad Furium quibus irrident. L. Cæsaris legatione. Planè oppressi videmur, nec quid costij capiā, seio. Nec me hercule de me labore de pueris quid agam, nō habeo. Capuā tamē proficisciabar hēc scribens, quod facilius ad hompe iuribus cognoscerem. Vale.

M. P. ATTICO. Atticum. lib. 7. Epis. 18.

BReui loquērem iam me temp̄ s ipsum
scit, pacē enim desperare. Bellū nostri
nullū administrat. Cane enim putas
quicquā esse minoris his Coss. quo iū ego spe
audiendi aliquid, & cognoscēdi nostri appa-
ratus, maximo imbri Capuāveni prid. Non.
vt ei am iussus. Illi autē non dum venerant,
sed erant vēturi, inantes, imparati. Cn. autem
Lucerię dicebatur esse, & adire cohorteis Le-
gionū vicinarum non firmissimā. At illum
ruere nuntiant, & iam, iamq; adesce, non vt
manū colerat (qui cūm enim?) sed vt fugā
intercludat. Ego autem in Italiam, cēsyna-
pothemim, nec te id consulo. siā extrā, quid
ago? ad manēduni hyc ms, lictores, improvi-
di, & negligentes Dices: ad fugam hortatur
amicitia Cn. causa bonorum, turpitudo cō-
iungendi cūm Tyrano. Quidem incertū
est, Phalarim ne, an Pitum atq; sit imitatu-
rus. Hēc velim explices, & me iuves consilio,

& y te ipsum istic iam carere puto, sed tamē
quantū poteris, Ego si quid hic hodie non i
cognoro, scies: iam enim aderūt Coss. ad suas
vonas. Tuas quotidie literas expectabo. Ad
has autem, cū m poteris, rescribas, Mulieres,
& Cicerones in Formiano reliqui. Vale.

T. P. Attico. Ad Attic. lib. 7. Epist. 20.

P Edem in Italia video nullum esse, qui nō
in illius potestate sit. De Pompeio scio ni
bil, cūmq; nisi in nauim se cōtulerit, exceptū
ire puto. O celeritatem incredibilem. Huius
autē nostri. Sed nō possum sine dolore accu
sare eum, le quo angor, & crucior. Tu cēdē
non sine causa times, nō quo minus quiequā
C̄sari expeditat ad diurnitatem victoriz, &
dominationis, sed video quorum arbitrio sit
āurus. Rectē sic censeo cedendum de oppi
disijs. Ego cōsilij: quod optimum factū vide
bitur, facies cū Philotimo loquere, atque
a deo Terentiam habebis Idibus. Ego quid
agam? qua aut terra, aut mari persequar cū,
qui vici sit, nescio? Et si terram quidē, qui pos
sum mari, quo traiiciant? Igitur istic me fac
posse tuo. Multi enim hortantur: num etiam
honestē? Nullo modo quidem à te petā cōsi
liū, vt soleo. Explicari res nō potest, sed tamē
quid in mente m venit, velim scribas, &

LIBER

Ipse quid sis acturus. Vale.

M. P. ATTICO. Att. 7. 22.

PHilorimi literæ me quidem non nimis,
sed eos, qui in his locis erant, adinodum
delectarunt. Ecce postridic Cassij literæ Ca-
pua à Lucretio familiari eius. Nigidium à
Domitio Capuam venisse; cum discere, Vi-
bulium eum paucis militibus à Piceno cur-
rere ad Cn. conseitum insequi Cæfarem. Do-
mitium nō habere militū vim. Idem scripsit
Coss. Capua discessisse. Non dubito, quia
Cn. in fuga sit, mox effugiat. A consilio fu-
gendi, ut tu censes, absum.

T. P. ATTICO. Atti. 7. 23.

CVm dedissem ad te literas tristeis, & me-
tuo, ne veras de Lucretij ad Cassium lite-
ris Capuam missis. Cephalio venit ad nos,
attulit etiam à te literas hiliores, nec tamen
firmas ut soles. Omnia facilius credere pos-
sum, quam quod scribitis Pompeium exerci-
cum habere. Nemo huc ita assert, omniaque,
quæ verum. Cum misera, malas causas semper
obtinuit, in optima concidit. Quid dicam,
nisi illud regnum nescisse, neque enim erat dif-
ficile: hoc necesse. Erat enim ars difficilis re-
gæ Remp. regere. Sed iam, iamq; omnia &
scribemus ad te statim. Vale.

T. P.

T. P. Attico. S. Att. 8. 7.

VNUS etiā restat amico nostro ad omne
dedecus, ut Domitio non subueniat. At
nemo dubitat quin subsidiq; vetus sit. Ego
nō puto. Deseret igitur taleni ciuem, & eos
una, quos is secum habeat? præsertim ex ipso
cohorte iſ tr̄iginta? Domitius (nisi me omnia
fallunt) de se incredibiliter pertinuit: nihil
spectat, nisi fugam, cui tu (video enim quid
sentias) me comitem putas debere esse. Ego
verò quem fugiam habeo: quē sequar, nō ha-
beo. Quod enim tu meū consiliū laudas, &
memorandū dicis, malle quod dixerim, me-
cum Pompeio vinci, quā cum iſtis vincere.
Ego verò malo, sed cum illo Pompeio, qui tū
erat, aut qui mihi esse videbatur. Cum hoc
verò, qui ante fugit, quām sciat quē fugeat,
aut quo, qui nostra tradidit, qui patria reli-
quit, Italiam deseruit. Si malū contigit nūc,
vict⁹ sum: quid super est? nec ita videre pos-
sum, quæ nunquam timui, ne videre: nec
me hercule istum, propter quē mihi nō mo-
dō meis, sed memetipso carendū est. Ad Phi-
lotinum scripsi de viatico, ciue à Moneta,
nemo enim soluit siue ab Oppijs suis cōtu-
bernalib⁹. Cetera apposita tibi mādabo. Vale
C.N. P. Procō. M. T. Cicc. Imp. S. Atti. 8. 14.

L I B E R

Tvas literas libēter legi. Recognoui enim
tuam pristinam virtutē etiam in salute
comuni. Coss. ad eum exercitum, quem in
Appulia habui, venerunt. Magnopere te hor
cor pro tuo singulari, perpetuoque studio in
Répub. vt te ad nos conferas, vt cōmuni con
silio Reip. afflīctæ opē, atq; consiliū feramus.
Censeo via Appia iter facias, & celeriter Brū
dissim venias. Cura vt valeas.

C N. P O M P E I V S P R O C O N S. L.
Dimitio Procons. S. Atti. 8. 18.

Miror te ad me nihil scribere, & potius ab
alijs, quam à te de Rep. certioreme mihi fi
eri. Nos deiecta manu pares aduersarijs esse
non possumus. Cōtractis nostris copiis, spero
nos, & Reipub. & saluti communi prodesse.
Quamobrem cū constituisses, vt Vibullinus
mihi scripseras ad v. Id. Febru. Corfinio pro
ficiisci cum exercitu, & ad me venire. Miror,
quid causæ fuerit, quare consilium mutaris.
Nam illa causa, quam mihi Vibullius scri
bit, leuis est, te propterea moratū esse: quod
audieris Cæsarem firmo progressu in castrū
Truentium venisse. Quantò enim magis ap
propinquare aduersarius cōperat, eo tibi ce
lierius agendum erat, vt te mecum coniuge
tes prius, quam Cæsar, aut tuum iter impe
dire,

dire, aut me abs te excludere posset. Quamobrem etiam te rogo, & hortor, id quod non destiti superioribus literis à te petere, ut primo quoq; die Luceriam aduenires ante, quā copix, quās instituit Cesar contrahere, in vnū locum coacte, nos à nobis distrahant, sed, si erunt, qui te impediant, vt illas suas seruent, & quū est me à te impetrare, vt cohortes, quā ex Piceno, & Camerino venerūt, quę fottunas suas reliquerunt, ad me missum facias. Vale.

C N. P O M P. L. D O M I T I O.

S. Ad Attri. lib. 8. Epist. 20.

Litteræ mihi à te redditæ sunt ad xiiij. Calendarum Mart. in quibus scribis, Cesarrem apud Corfiniū castra posuisse, quod putavi, & præmoui. Fit, vt nec in præsentia committere tecū prælium velit, & omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit, atq; istas copias coniungere optimorum ciuium possis cum his legionibus, de quarū voluntate dubitamus: quo magis etiā tuis literis sum cōmotus. Neq; enim eorum militum quos mecum habeo, & voluntati satis confido vt de omnibus forrunis Reipub. dimicem. Neq; etiam, qui ex deletibus conscripta sunt, a Coll. conuenerunt. Quare da operam, si vlla ratione etiam nūc

LIBER

efficere potes, ut te explices, & hue quam pri-
mum venias, ante quam oes copie aduersa-
tiorum conueniant. Neque enim celebritet,
huc homines conuenire possunt: & si conue-
nirent, quantu ijs committendum sit, quod
inter se ne noti sunt: contra veteranas legio-
nes, non te praterit. Vale.

T. P. ATTICO. Atti. 8. 21.

L Ippitudinis meæ signum tibi librarij ma-
nus, & eadem causa breuitatis & si nunc
quidem quod scriberem nihil, erat omnis ex-
pectatio nostra erat in nuntijs Brundusius. Si
naestus hic esset Cn. nostru, spes dubia pacis:
si ille antea transmisisset, exitiosi belli me-
tus. Sed vides ne in quem hominem incide-
rit Resp. quam acutum: quam vigilantem? quam
paratum? Si me hercule nemine occiderit,
nec cuiquam quicquam ademerit, ab ijs, qui
cum maximè timuerant, maximè diligitur:
multu mecum municipales homines loquuntur,
multum rusticani: nihil prorsus aliud curat,
nisi agros nisi villulas. Nisi numulos suos.
Et vide quam conuersares est: illum quo antea
confidebant, metuunt hunc amant, quem ti-
mebant. Id quantis nostris peccatis, vitiisq;
venerit, non possum sine molestia cogitare.
Quia auguri impendere putarem, scripsoram

ad te, & iam tuas literas expectabam. Vale.

C. CÆsar M. T. Ciceroni. S. Atti. 9. 5.

CVM Furnium nostrum tatum vidisse:
neque loqui, neq; audire me commo-
de potuisset properantem, atq; essem
in itinere præmissis iam legionibus: præte-
rire tamen non potuit: quin & scriberem ad
te: & illum mitterem: gratiasq; agerem. Et si
hoc officium sèpè & sèpius mihi facturus
videor. Ita dè me mereris In primis à te pe-
to: quoniam confido me celeriter ad urbem
venturum: vt te ibi videam: vt tuo consilio;
gratia dignitate: ope omnium rerum vt pos-
sim. Ad propositū reuertar: festinationi mea
breuitatiq; literarum ignoscere: reliqua ex
Furnio cognosces. Vale.

C. CÆSAR C. OPPPIO. ET L.

Cornelio Balbo S. Att. 9. 8.

GAUDIO ME HERCULE VOS SIGNIFICARE LITERIS:
quàm valde probetis ea: quæ apud Corfi-
nium sunt gesta. Consilio vestro utar liben-
ter: & hoc libentius: quod mea sponte face-
re constitueram: vt quam leuissimum me
præberem. & Pompeium darem operam. vt
reconciliarem. Tentemus hoc modo: si pos-
sumus omnium voluntates recuperare: &
diuturna victoria vt: quando reliqui cru-
delitate

LIBER

delitate odium effugere non potuerunt, neq;
victor iā diutius tenere præter vnum. L. Syllā
quē imittatus nō sum. Hæc noua sit ratio.
viacendi, vt misericordia, & liberalitate nos
muniamus. Id enim quēadmodū fieri possit,
nonnulla mihi in mente veniunt, & multa
reperiri possunt. De ijs rebus rogo vos, vt co-
gitationē suscipiatis. C N. Magium Pōpeij
præfectum deprehendi scilicet, & meo insti-
tō vsus sum, & eum statim missum fecit. Iam
duo præfecti fabrum Pompeij in mea in pote-
statem venerunt, & à me missi sunt. Si volent
gratis esse, debebunt Pōpeum hortari, vt ma-
lit mihi esse amicus, quām ijs, qui & illi, &
mīhi semper fucrunt inimicissimi, quorum
artificijs effectum est, vt Respub. in hunc sta-
tum perueniret. Vale.

M. T. CICERO. CÆSARI. S.

Atti. lib. 9. Epist. 14.

VT legitus literas, quas ab Furnio nostro
acceperam, quibus mecum agebas, vt ad
urbem essem te vellevti consilio, & dignitate
mea, minus sum admiratus. De gratia, & de
ope quid significares, mecum ipse quærebā
spe tamen deducebat ad eam cogitationē,
vt te pro tua admirabili, ac singulari sapien-
tia, de ocio, de pace, de concordia ciuium

agi velle arbitrarer, & ad eam rationem esti-
mabam satis aptam esse naturam, & per-
sonam meam, quod si ita est & si qua de Pom-
peio nostro tuendo, & tibi, ac Rēpubl. recon-
ciliādo, cura te attingit, magis idoneā, quā
ego sum, ad eam causam profectō reperies
neminein, qui & illi semper & Senatui cum
prīmu potui, pacis author fui. Nec sumptis
arimis belli villam partem attigi, iudicauiq;
te eo bello violari, contra cuius honorē Po-
puli Roma. beneficio cōcessum, inimici, atq;
inuidi niterentur: sed, vt eo tempore nō modo
ip se author dignitatis tuū fui, verū etiā ex-
teris author ad te adiuuandum, sic me nunc
Popeij dignitas vehementer mouet. Aliquot
enim sunt anni, cū vos duos elegi, quos præ-
cipue colere, & quibus etiam, sicut sum, ami-
cissimus. Quāmobrem à te peto, vt̄l potius
precibus omnibus oro, & obtestor, vt in tuis
maximiis charis aliquid impertias temporis
huic quoq; cogitationi & tuo beneficio bo-
nus vir, gratus, pius, deniq; esse in maximis be-
neficii memoria possim. Quæsi tantum ad
me ipsum pertinerent, sperare in me à te ca-
men imperaturū: sed, vt arbitror, & ad tuā
fidem, & ad Rēpubl. pertinet, me & pacis
triusq; vestrū, & ciuium concordiani, per-

LIBER

re, quam accommodatissimum conseruari.
Ego cum ante a tibi de Lentulo gratus egisse
cum cius saluti, qui fuerat fuisse: tamē cius
literis lectis, quas ad me gratissimo animo
de tua libertate, beneficioq; misit, eandē me
salutē a te accepisse putavi, quā ille: in quem
si me intelligis esse gratum, cura obsecro, ut
etiam in Pompeium esse possim. Vale.

L. CORN. BALB. M. T. C.

Impe. S. D. Atti. 9. 17.

CAESAR nobis literas per breves misit, qua-
rum exemplū subscrispi. Breuitate episto-
iae scire poteris, eum valde esse distētum, qui
tanta de re tā breuiter scriperit: si quid præ-
terea noui fuerit, statim tibi scribam. Cæsar
Oppio. Cornelioque S. Ad viij. Iduum Mar.
Brundusium veni, ad mursi castra posui. Pō-
peius est Brūdusij, misit ad me Cn. Magiū de
pace, quā visa sunt, respondi. Hoc vos itatim
scire volui. Cū in spē venero, de cōpositione
aliquid me confidere, statim vos certiores fa-
ciam. Valete. Quomodo me nunc putas mi-
Cicero torqueri, post quam rursus in spē pa-
cis veni, ne qua res cōpositionē eorum impe-
diat? Namq; quod absens facere posū, opto:
quod si vna essem, aliquid fortasse proficere
pūsse. Nunc expectatione crucior. Vale.

T. P.

T.P. ATTICO. Atti. 16. 2.

Ego cùm accepissem tuas literas. Nonis Aprilibus, quas Cephalio attulerat: essēq; Minturnis postridie mansurus, protinus sustinui me in Arcano fratris ut dum aliquid certius afferretur, occultare in loco essemus, agerenturq; nihilominus, quæ sine nobis agi possūt, mateyma, iam adest: & animus ardet, nec est quicquā quò, & qua; sed hæc nostra erit cura, & prætorū. Tu tamē, quod poteris, ut adhuc fecisti, nos consilijs iuuabis. Res sunt inexplicabiles. Fortunæ sunt committenda omnia. sine spe conamur vllz. Melius, si quid acciderit, mirabimur. Dionysium nosimam me profectū, de quo ad me Tullia mea scripsit. Sed & tempus alienum est, & hominū nō amico nostra incommoda, tanta præsertim, spectaculo esse nollein, cuite meo nomine inimicum esse nolc. Vale.

CAE S A R Impe. M. T. C.

Impe. S. Atti. 10. 8.

Et si te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram, tamen per motus hominū fama, scribendū ad te exultimauī, & pro nostra benevolentia petendum, ne quo progrederefis inclinata iam te, qua integratiam progrediendum tibi nō exestimasses.

Nanc

L I B E R

Nanq, & amicitia grauiorē iniuriā feceris
& tibi minus commodē cōsulueris: quod mi-
nus placet, si non fortunā obsecutus fueris,
vt debes. Omnia enim secundissima nobis,
aduersissima illis accidisse videntur, nec cau-
sam securus: eadem enim tum fuit, cūm ab
corum consiliis abesse iudicasti: sed meū ali-
quot factum condēnasse, quo mihi grauius
abs te nihil accidere potest, quod ne facias,
pro iure nostrā amicitiā à te peto. Postremō
quid viro bono, & quieto, & bono cui magis
conuenit, quā abesse à ciuilib. controuersiis?
Quod nōnulli cūm probarēt, periculi causa
sequi nō potuerunt. Tu explorato & vitā me
testimonio, & amicitiā iudicio, neq; tutius,
neque honestius reperies quicquam, quam
ab omni contentione abesse. Vale.

T. P. Attico. Atti. II. 18.

DE illius ab Alexandria discessu nihil
adhuc rumoris contraq, oppinio, val-
de esse impeditum. Itaq; nec mitto, vt
constitueram, Cicronem, & te rogo, vt me
hinc expediās. Quoduis enim suppliciū le-
uius est hac mansione. Hac de re & ad Anto-
nium scripsi, & ad Baldum, & ad Oppium.
Siue enim bellum in Italia futurum est, siue
klassibus retetur, hic esse me minimi cōuenit,
quorum-

Quorum fortasse vtrunq; erit. Alterum certe intellexi omnino ex Oppij sermone, quem tu mihi scripsisti, quæ istorū via esset: sed ut eam flectas te rogo. Nihil omnino iam expecto, nisi miserum. Sed hoc perditius in quo nunc sum, fieri nihil potest. Quare cum Antonio loquare velim, cum ipsis: & rem ut poteris, expedias, & mihi quā primū de omnibus rebus rescribas. Vale. xij. Calend. Quintil.

T. P. ATTICO. Atti. II. 19.

Cum tuis dare possem literas, non prætermisi, & si quid scriberem, non habebā. Tu ad nos, & rariū scribis, quām solebas & breuius. Credo quia nihil habes, quod me putas libenter legere, aut audire posse. Verūtamen velim, quid erit, quale cūq; erit scribas. Est autem vnu quod mihi st̄ optādū: si quid agi de pace possit, quod nulla equidē habeo in spe: sed quia tu leuiter interdum significas, cogis me sperare, quod optandū vix est. Philotinus dicitur secedere. Idib. Sextili nihil habeo de eo amplius. Tu velim ad ea mihi rescribas, quæ ad te anteā scripsi. Mihi tantū téporis satis est, dū in pessimis rebus aliqd caueā qui nihil nunqua caui. Vale xj. Calen. Sextii.

M. ANTONIVS COS. M. T. C.

S. Attic. I4. 9.

LIBER

Ocupationibus est factū meis, & subiecta
tua profectione, ne tecū coram de hac re
agerem quā ob causam vereor, ne absentia
mea leuior sit apud te: q̄ si bonitas tua respō-
derit iudicio meo, quod semp̄ habui de te,
gaudebo. A Cæsare petij, vt Sestium Clodiū
restitueret: impetraui. Erat mihi in animo
etiam cū sic vti beneficio eius, si tu concessis-
ses: quō magis laboro, vt & tua voluntate id
per me facere liceat, quōd si diutiorē te cius
miseræ, & afflictæ fortunæ præbes, nō conten-
dam ego aduersuste. Quāquam videor de-
bere tueri commentarium Cæsarī. Sed me
hercule si humaniter & sapienter, & amabi-
liter in me cogitare vis facilē te pfecto præ-
bebis, & voles P. Clodium in spe optimū pue-
rum repositū existimare, nō te insectatū esse;
cūm potueris amicos paternos. Patere obse-
cro te pro Repub. videri gessisse simultatem
cūm patre eius, nō contempseris hanc fami-
liam. Honestius enim, & libertius deponimus
inimicitias Reipub. nomine suscepas, quā
contumaciaz. Me deinde sine ad hanc opinio-
nem iam nūc dirigere puerum, & tenero ani-
mo cius persuadere, non esse tradendas po-
steris inimicitias, quanquām tuā fortuna aī
Cicero ab omni periculo ab esse, certum ha-
beo.

SECUNDVS.

34

bēo, tamen arbitror malle te quietā senectū-
tem & honorificam potius agere, quām soli-
citam. Postremò, meo iure te hoc beneficium
rogo, nihil enim nō tua causa feci. Quod si
nō impetro, per me Clodio datus nō sum,
vt intelligas quāti apud me authoritas tua
sit atq; eō te placabiliorē præbeas. Vale.

M. T. C. L. PLANCO. P.R.

Des. S. Atti. 6. 14.

I Gnosce mihi, qui cùm anteā accuratissi-
mè de Buthrotijs ad te scripserim, eadē de-
re səpius scribam. Non me hercule mi Plāce-
facio, quod parū cōfidam aut liberalitati tuā
aut nostrā amicitiā, sed cùm tāta res agatur
Attici nostri, nunc verò etiā existimatio, vt id
quod probavit Cəsar, nobis testibus, & obfi-
gnatorib⁹, qui & decretis, & respōsis Cəsaris
inter fueramus, videatur obtinere potuisse.
Præsertim cū tota potestas eius rei tuā sit, vt
ea, quæ Coss. decreuerūt secundū Cəsaris de-
creta, & respōsa, nō dicam cōprobēs, sed stu-
diosc, libēterq; cōprobēs. Id mihi sic erit gra-
tū, vt nulla res gratiōr esse possit, & si iam spe-
rabam cùm has literas accepisses, fore, vt ea
que superioribus literis à te petiissemus, im-
petrata essent: tamen non faciam finem ro-
gandi, quod nobis nuntiatum erit, te i& se-

L I B E R.

id fecisse, quod magna cū spe expectam⁹. De
inde enim cōfido fore ut alio genere literati
vtamur: tibi q; pro tuo summo beneficio grā-
tias agamus, quod si acciderit, velim sic exi-
stimes nō tibitam Atticū, cuius per magnas
res agitur, quam me, qui non minus laboro,
quā ille obligatum fore. Vale.

M. T. CICERO Capitoni. S.

Att. lib. 16. Epist. 15.

Non dubito, q; in mirere, atque etiā sto-
machere, q; tecū de cadē re agā sapius
Hominis familiarissimi, & mihi omnib⁹ re-
bus cōiunctissimi p magna res agitur Attic⁹.
Cognoui ego tua studia in amicos, etiā in
amicorū: multū potes nos apud Plancū i-
vare, noui humanitatē tuam: scio q; sis am-
cis iucūdus. Nemo nos in hac causa plus i-
vare potest, quā tu: & res ista est firma, vt de-
bet esse, quā Coss. de Consilii sententia deci-
uerūt, cum & lege & S. C. cognoscerēt. Tan-
omnia posita putamus in Planci tui liber-
itate, quē quidem arbitramur cū officij tu-
& Reipu. causa Decretū Coss. cōprobatorū
tū libenter nostra causa esse facturum. Adu-
uabis igitur mi Capito, quod vt facias vche-
menter etiam, atque etiam rogo. Vale:

¶ Finis libri II. ¶

Lib

LIBER TERTIVS.

Seruius Sulpitius.

M. T. C. S.

Famil. lib. 4.

Epist. 5.

POSTE A QVAM MIHI
renniciatū cīt de obitu Tul-
lia & filia & tu &, sanè quā pro eo,
ac debui, grauiter, molestēq;
tuli, com nūnemq; eam ca-
lamitatem existimauī: qui si
istic affuissem, neq; tibi defuissem, corā inq;
meum dolorem declarassem. Et si genus hoc
consolationis miserum, atque acerbum est,
propterea quia per quos ea fieri debent pro-
pinquos, ac familiares, ipsi pari molestia af-
ficiuntur, neque sine lachrymis multis id co-
nari queant, vt magis ipsi videātur aliorum
consolatione indigere, quām alijs posse suū
officiū præstare: tamen quā in præsentia mi-
hi in mentem venerunt, decreui breui ad te
præscribere, non quod ea te fugere existimē
sed quod forsitan dolore impeditus, minus
ea perspicias. Quid est, quod tantopere re-

LIBER

Ecce tuus dolor intestinus? cogita quae admodum adhuc fortuna nobiscum egerit, ea nobis erpta esse, quae hominibus non minus, quam liberi chara esse debent: patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Hoc uno incomodo addito, quid ad dolorum adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callare iam debet, atque oia minoris estimare? An illius vice (credo) doles? quoties in ea cogitationem necesse est, ut tu veneris, & nos sepem incidunt, hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est morte cum vitam commutare. Quid autem fuit, quod illa hoc tempore ad vivendum magnopere invitare posset? quae res? quae spes? quod animi solatio ut cum aliquo adolescenti primario coniuncta aetate ageret? licitum est tibi? credo pro tua dignitate ex hac iuventute generum diligere, cuius fidei liberos tuos te tutum committere putares. An ut ea liberos ex se se pararet, quos cum florenteis videret letaretur: qui a patre tradita per se tenere possent honores ordinatim in Rep. petituri essent: in amicorum negotiis liberalitate sua vteretur: quod horum fuit, quod non prius, quam datum, ademptum sit? At vero malum est liberos amittere. Malum, nisi hoc peius, sit sufferre, & perpeti. Quae res mihi non medio-

crem

erem consolationē attulit, volo tibi commine-
morare, si forte eadem res tibi minuere do-
lorē possit. Ex Asia rediens, cū ab Ægina Me-
garam versus nauigarē, cœpi regiones cir-
cuncirca prospicere: post me erat AEGINA,
antè Megara: dextera Piræus sinistrā Corin-
thus: quæ oppida quodā tempore florentissi-
ma fuerunt, nūc postrata, & diruta ante ocu-
los iaceant. Cœpi egomet mecum sic cogitare,
hem, nos homunculi indignamur, si quis no-
strum interijt aut occisus est, quorū vita bre-
uior esse debet, cùm uno loco tot oppidorū
cadavera proiecta iaccant. Vis ne tute Serui
cohibere & meminisse hominē te esse natū?
Crede mihi, cogitatione ea nō mediocriter
sum cōfirmatus. Hoc idem si tibi videtur, fac
ante oculos tibi proponas. Modò uno tēpore
tot viri clarissimi interierūt: de imperio pre-
terea tāta diminutio facta est, omnes prouin-
ciæ cōquassatæ sunt: in unius mulierculæ ani-
mula si iactura facta est, tātopere cōmoueris;
que sic hoc tēpore non suum diē obiūset: pau-
cis post annis tamen ei moriendum fuit,
quoniam hoc nata fuerat. Etiam tu ab hisce
rebus animum ac cogitationem tuam auo-
ca, atque ea potius reminiscere, quæ digna
tua persona sunt: illam, quandiu ei opus fue-

L I B E R

Et, vixisse vna cum Repub. fuisse, te patrem
tuum prætorem, consulem, augurem vidisse:
adolescētibus primarijs nuptam fuisse: om-
nibus bonis propè perfundā esse, cum Resp.
occideret, vita excessisse. Quid est, quod tu,
aut illa cum fortuna hoc nomine queri pos-
sit? Denique noli te obliuisci Ciceronem
esse, & cum, qui aliis consueueris præcipere,
& dare consilium, neq; imitare malos medi-
cos, qui in alienis morbis profitentur se te-
nere medicinæ scientiam, ipsi se curare non
possunt. Sed potius, quæ aliis tute præcipere
soles, ea tute tibi subijce, atq; apud animum
propone. N V L L V S D O L O R E S T ,
QVEM NON LONGIN**Q**VITAS
TEMPORIS MINVAT, atq; molliat.
Hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac nō
ei rei sapiētia tua te occurrere. Quod si quis
etiam inferis sensus est, qui illius amor in te
fuit. Pietasque in omneis suos, hoc certè illa
te facere non vult. Da hoc illi mortuę, de cæ-
teris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore
mcerent, da patrię, vt si qua in re opus sit ope-
ra, & consilio tuo uti possit. Deniq; quoniam
in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic
rei nobis seruendum sit, noli committere vt
quisquam te putet, non tam filiā, quam Reip.

tempora, & aliorum victoriam lugere. Plura
me ad te de hac re scribere pudet, ne videar
prudentia & tuæ diffidere. Quare si hoc vnum
proposuero, finē faciam scribendi. Vidimus
aliquoties secundā pulcherrimè te ferre for-
tunam, magnamq; ex ea re te laudē adipiscis;
fac aliquādo intelligamus, aduersam quoq;
te què ferre posse, necq; id maius, quā debeat
tibi onus videri, ne ex omnibus virtutibus
hec vna tibi ideatur deesse. Quod ad me at-
tinget, cū te trāquilliori animo esse cognoue-
ro, de ijs rebus, quæ hīc geruntur, quē admo-
dūq; se puincia habeat certiore faciā. Vale.

M. C. S. SERVIO SVLPITIO.

Famil. lib. 4. Epist. 6.

Ego verò Serui vellem, vt scribis, in meo
grauissimo casu affuisses. Quātū enim
præsens me adiuuare potueris, & cōso-
lando, & propè & que dolēdo, facile ex eo in-
telligo, quod literis tuis lectis aliquantum
adquieui. Nam & ea scripsisti, quæ leuare lu-
ctum possent: & in me consolando, non me-
diocre in ipse animi dolorem adhibuisti. Ser-
uius tamen tuus omnibus officijs, quę illitē-
pori tribui potuerunt, declarauit, & quanti
ipse me faceret, & quām suum talcm erga
me animum tibi gratum putaret fore, cuius

LIBER

officia iucundiora scilicet s^æpè mihi fuerūt;
nunquam tamen gratiora. Me autē non ora-
tio tua solum, & societas penè agritudinis,
sed etiam authoritas cosolatur. Turpe enim
esse existimo, me nō ita ferre casum meum,
vt tu tali sapientia præditus ferēdum putas.
Sed opprimor interdum, & vix resilo dolori,
quod ea me solatia deficiunt, quæ cæteris,
quorum mihi exépla propono, simili in for-
tuna nō defuerunt. Nam & Quin. Maximus,
qui filium cōsularē clarum virum & magnis
rebus gestis amisit: & L. Paulus, qui duos, se-
ptem diebus, & noster Gallus, & M. Cato,
qui summo ingenio, summa virtute filium
perdidit: iis téporibus fuerūt, vt eos tum ip-
orum dignitas consolaretur ea, quā ex Rep.
consequebantur. Mihi autē amissis ornamē-
tis iis, quæ ipse cōmemoras, quēq; eram ma-
ximis laboribus adeptus, vnuin manebat il-
lud solarium, quod ereptum est. Non amico-
rum negotiis: nō Reipub. procuratione im-
pediebantur cogitationes meæ, nihil in foro
agere licebat, a spicere curiam nō poteram,
existimabam, id quod erat, omnia ei me & in-
dustriæ meæ fructus & fortunæ perdidisse.
Sed cùm cogitarem hæc mihi tecum & cum
quibusdam esse communia: & cūfrangerem
iam

Iam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter: habebam quod cōfugerē, ubi cōquiescerē, cuius in sermone, & suauitate omnēis cura doloresq; deponerē. Nūnc autē hoc tam grāui vulnere, etiam illa, quæ consenuisse videbantur, recrudescent. Non enim ut tum me à Repub. mōstum domus excipiebat, quæ leuaret, sic nūc domo mōterens ad Rép. confugere possum, ut in eius bonis acquiſcā. Itaq; & domo absūm, & foro, quod nec eū dolorē, quem à Reip. capio. domūs iam consolari potest, nec domesticum Respub. Quo magis te expetō, teque videre quām prīnum cupio. Maior mihi ratio affore, nulla potest, quā cōfunctio cōsuetudinis, sermonūq; nostrorum, quanquam sperabam tuum aduentum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autē cum multis de causis te exopto quām primū videre, tum etiam, ut antē cōmentemur inter nos qua ratione nobis traducendū sic hoc tēpus, quod est totū ad unius voluntatem accōmodandum, & prudentis & liberalis, & (ut perspexisse videor) nec à me alieni, & tibi amississimi. Quod, cūm ita sit, magna tamen est deliberationis, quę ratio sit in eunda nobis nō augendi aliquid, sed illius cōcessu, & beneficio quiescendi. Vale.

LIBER

M. T. C. S. D. L. LVCEIO. Qui
Filio. Famil. lib. 5. Epist. II.

COram me tecum eadem hæc agere sæpe
conantem deterruit pudor quidam penè
subrusticus que nunc expromam absens au-
dacijs. Epistola enim non erubescit. Ardeo
cupiditate incredibili, neq; vt ego arbitror,
reprehendenda nomen vt nostrum scriptis
illustretur. & celebretur tuis: quod & si mihi
sæpe ostendiste esse facturum, tamē ignoscas
velim huic festinationi mea. Genus enim
scriptorum tuorum & fierat semper à me ve-
hementer exspectatum, tamen vicit opinionē
meam meq; ita vel cepit, vel incendit, vt cu-
perem quam celerimè res nostras monimē-
tis commendari tuis. Non enim me solum
commemoratio posteritatis ad spem quandā
immortalitatis rapit, sed etiam illa cupidi-
tas, vt vel autoritate testimonij tui, vel iu-
dicio benevolentia, vel suavitate ingenij,
vici perfruamur. Neq; tamen hæc cùm scri-
bebam, eram nescius, quantis oneribus præ-
merere susceptarum rerum, & iam instituta-
rum: sed quia videbam Italici belli, & ciui-
lis, historiam iam penè à te esse perfectam,
dixeras autem mihi te reliquas res ordiri,
deesse mihi nolui, quin te admonicerem, vt co-
gitares,

gitares, coniuncte ne malles cum ceteris rebus nostra contexere, an, ut multi Graci fecerunt, Callisthenes Troicum bellū, Timæus Pyrrhi, Polibius Numantinum, qui omnes à perpetuis suis historiis ea, quæ dixi belia separarunt, tu quoq; ita ciuilem coniurationē ab hostibus externisq; bellis sciungeres. Evidem ad nostram laudem non multum video interest: sed ad prooperationem meam quidam interest, non te expectare donec ad locum venias, ac statim causam illam totam & tempus arripere. Et simul si no in arguento, vnaque, in persona mens tua tota versabitur: cerno iam animo, quanto omnia vberiora, atq; ornatiora futura sint. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam (potest enim mihi denegare occupatio tua) deinde etiam. Ut ornes me postulē, quid si illa tibi non tātopere evidentur ornāda? S E D T A M E N Q V I S E M E L. verecundiæ fineis transferit, eum bene, & nauiter oportet esse impudētem. Itaq; te planè etiam atq; etiam rogo, ut ornes ea vehemētius, quām fortasse sentis, & in eo leges historiæ negligas gratiāmq; illam de qua suauissimè quodā in proximo scripsisti à qua te affici non magis posuiss,

LIBER

truisse demonstras, quām Herculē Xenophon
tiū illum à voluptate ea si me tibi vēhemē
tius cōmendabit ne aspernere, amorique no
stro plusculum etiam , quām concedit veri
tas largiare. Quòd sit e adducemus , vt hoc
fūscipias, erit (vt mihi persuadeo) materies
digna facultate: & copia tua, à principio enī
coniurationis vñq; ad redditum nostrum vi
detur mihi modicum quondam corpus con
fici posse , in quo & illa poteris vti ciuilium
cōmutationum scientia , vel in explicandis
causis rerū nostrarū, vel in remediis incōmo
dorum, cū & reprehēdes ea vituperāda ducis
& quę plaeebant exponēdis rationibus com
probabis & si liberius, vt consueisti, agendū
putabis multorū in nos perfidiā, insidias pro
ditionē notabis. Multā etiā casus nostri tibi
veritatē in scribēdo suppeditabunt plenā
cuiusdā voluptatis, quæ vēhementer animos
hominum in legēdo scripto retinere possit.
N I H I L E S T E N I M A P T I V S.
Ad delectationem lectoris, quām temporum
varietates, fortunæque vicissitudines, quæ
& si nobis optabiles in experiendo non füe
runt , in legendō tamen erunt iucundæ.
H A B E T E N I M P R A E T E R I T I,
doloris secura recordatio delectationem.

Cateris verò nulla perfunctis propria molestia , casus alienos sine ullo dolore intuentibus , etiam ipsa misericordia est iocunda . Quem enim nostrum ille moriēs apud Mātineam . E P A M I N O N D A S non cum quadam miseratione delectat ? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum , posteaquā ei percontanti dictum est , clypeum esse falso : etiam in vulneris dolore a quo animo cum laude moreretur . Caius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga , redituque retinetur ? Etenim ordo ipse Annalium mediocriter nos retinet , quasi enumeratione factorum : at viri sāpe excellentes ancipites , variisque casus habent admirationem , expectationem , letitiam , molestiam , spem , timorem , si verò exitu notabili concluduntur , expietur animus iucundissimè lectionis voluptate . Quod mihi accidet optatus , si in hac sententia fueris , ut à continentibus tuis scriptis , in quibus perpetuam rerum gestarum historiam completeris secessas hanc quasi fabulam rerum , euentorumque nostrorum . Habet enim varios actus , multasque actiones & consilia , & temporum . Ac non vescor , ne assen-

LIBER

assentatiuncula quadam aueupari tuam gratiam videar, cum hoc demonstrem, me a te potissimum ornari, celebrarique velle. Neque enim tuis es, qui quis sis, nescias: & qui non eos magis qui te non admirantur, inuidos, quam eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloria per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. Neque enim Alexander ille gratia causa ab Appelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloria force putabat. Atque illi artifices, corporis simulachra ignoris nota faciebant: quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscurores clari viri. Nec minus enim est Spartiates ille Agesilaus prohibendus: qui neque pi-
etatem, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt: unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines hominum, statuasque superauit. Atque hoc præstantius mihi fuerit: & ad latitudinem animi: & ad memoriam dignitatem, si in tua scripta peruenero, quam si in ceterorum: quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti & Timo-

TERTIVS.

41

Timxo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam authoritas clarissimi, & spectatissimi viri & in Rep. maximis, grauissimisq; causis cogniti, atq; iprinis probati viri: vt mihi no solum praconiu, quod cum Sigæum venisset Alexander ab Homero Achili tributum eis dixit: sed etiam graue testimonium impertitum clari hominis, magniq; videatur. Placeat enim Hector ille mihi Nœuianus, qui no tam laudari se lætatur, sed addit etiam à laudato viro. Quod si à tenom impetro, hoc est, si qua te res impedierit (neque enim fas esse arbitror, quicquā me rogantem abstē non impetrare: cogar fortasse facere, quod non nulli sāpe reprehendunt, scribā ipse de me, multorum tamen exēplo, & clarorum viorum. Sed, quod te no fugit, hēc sunt in hoc genere vitia: & vt verecundius ipsi de se scribat, necesse est, si quid est laudandū & præferendū, si quid fortè reprehēdendū est. Accidit etiā, ut minor sit fides, minor authoritas, multi deniq; reprehēdant, & dicant, verecundiōtes esse prēcones Iudorū gymnicorū, qui cum cæteris coronas imposuerunt victoribus, eorūq; nomina magna voce pronunciaerunt, cum ipsi ante Iudorum missionem corona donetur, alium praconem adhibeant, ne sua esse

LIBER

voce ipsi se vñtores prædicent. Hæc nos vitare
cupimus: & si recipis causam nostram, vita-
bimus: idq; vt facias rogamus. Ac nec forte
mirere, cur, cùm mihi sèpe ostéderis te accu-
ratissimè nostrorum temporū consilia, atque
cuentis literis mandaturum, à te id nunc tā-
topere, & tam multis verbis petam: illa nos
cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festi-
nationis quod alacres animo sumus, vt & cæ-
teri viuētibus nobis ex libris tuis nos cognos-
cant, & nos meti ipsi viui gloriola nostra per-
fruamur. His de rebus, quid acturus, sis, si tibi
non est molestum causam rescribas mihi ve-
lum. Si enim suscipis causam, conficiam cō-
mentarios rerum omnium: sin autem differs
me in tempus aliud, coram tecum loquar: tu
interea nō cessabis: & ea quæ habes institutæ,
perpolies, nosque diliges. Vale.

T. P. ATTICO. Attici. 8. 3.

Maximis, & miserrimis reb9 perturbatus
sum, coram tecum mihi potestas delibe-
randi non est, sed ut ita tamen tuo cōfilio volui.
Deliberatio autem omnis hæc est. Si Pom-
peius Italia excedat, quod eum facturū esse
suspicor, quid mihi agendum putas & quò fa-
cilius consiliū dari possit, qui in vtranq; par-
tem mihi in mētem veniat, explicabo brevi.

Cum

Cum merita Pompeij summa erga salutem
meā: familiaritasq; , quæ mihi cū eo est, tum
ipsa Reipub. causa me adducit , vt mihi , vel
cōsiliū meū cum illius consilio , vel fortunā
coniungenda esse videatur. Accedit illud , si
maneo , & illum comitatū optimorū , & cla-
rissimorum ciuium de sero: cadendum est in
vnius potestate: qui , & si multis rebus , signi-
ficat se nobis esse amicum , & vt esset , à me ēt
(tute scis) propter suspicionem huius im-
pendentis cēpitatis multò ante promissum:
tamen vtrūq; considerandū est , & quanta ei
fides sit habenda. Et si maximè exploratū sit ,
eum nobis amicum fore , sit ne viri fortis &
boni ciuis , esse in ea vrbe , in qua cū summis
honoribus , imperiisq; vsus sit , res maximas
gesserit , sacerdotio , sit amplissimo præditus ,
non futurus sit sui iuris , subeūdumq; pericu-
lum aliquo fortè dedecore , si quando Pompei-
us Reipub. recuperauerit. In hac parte
hæc sunt , v ide nunc quæ sunt in altera. Nihil
actum est à Pompeio nostro sapienter , nil for-
titer: adde etiam nihil , nisi contra cōsiliū ,
authoritate inque meam . Omitto illa vetera ,
quod istum in Rempup. ille aluit , auxit ,
armauit : ille legibus C. Metelli contra au-
spicia ferendis author: ille Gallia ylterioris

LIBER

adiunctor: ille Gener: ille in adoptando. P.
Clodio augur: ille restituendi mei, quām re-
tinēdi studiosior: ille Prouinciarum propagator,
ille absenteis in omnibus adiutor. Item etiā
tertio cōsulatu, postquā esse defensor Reip.
cōcepit, cōtendit ut dece Tr. Pl. ferrent, ut ab-
sentis ratio haberetur: quod idem ipse sanxit
lege quadā sua, Marcoq; Marcelllo Cos. finiē-
ti Prouincias Gallias Cal. Martij rectificavit. Sed
ut hæc omittant, quid scđius? quid perturba-
tius hoc ab urbe discessu: siue potius torpis-
sima fuga? Quæ coditio nō accipienda fuit
potius, quā renquēda patria? Malæ condi-
tiones etant, fateor, sed nunquid hoc peius.
At recuperabat Reimpub. Quādo? aut quid
ad eam spem est parati? Non ager Pitenus a-
missus? nō patefactū iter ad urbem? nō pecu-
nia omnis & publica & priuata aduersario
tradita? Deniq; nulla causa, nulla vires, nulla
sedes, quā cōcurrat, qui Reimpub. defensam
velint: Apulia delecta est inanissima pars Ita-
lie, & ab impetu huius belli remotissima:
fuga, & maritima opportunitas, visa quæri
desperatione. Inuite cōcepi Capuam, non quo
munus illud defugere, sed sine causa, in qua
nullus es sit ordinū, nullus apert⁹ priuatorū
dolor. Bonorum autē erat aliquis, sed hebes,

vt solet: & vt ipse sensisse, multitudo, & insi-
mus quisq; pro pensus in alterā partē. Multi
mutationis rerum cupidi. Dixi ipsi me nihil
suscepturū sine presidio, & sine pecunia. Itaq;
habuit nihil omnino negotij, quod ab initio
vidi, nihil queri pr̄xter fugā, eam si nunc ses-
quor, nam? cum illo non, ad quē cum essem
profectus cognoui in his locis esse Cxsarem,
vt tutò Luceriam venire non possem. Infero
nari nobis incerto cursu, hyeme maxima na-
vigandum est. Agè iam cum fratre, an sine?
cū filio, an quomodo? In vtraq; enim re sum-
ma, difficultas erit summus animi dolor. Qui
autē impetus illius erit in nos absentes, for-
tunasq; nostras? acrior, quam in cæterorum:
quod putabit fortasse in nobis violandis ali-
quid sc habere populare. Age iam has cōpe-
des, fasces inquā hos laureatos: hæc ferre ex
Italia quam molestum est? Qui autem locus
erit nobis tutus, vt iā placatis utamur flucti-
bus, antē, quam ad illū venerimus? Quia au-
tē, aut quo mihi scimus. At si restitero, & fue-
rit nobis in hac parte locus, idē facere, quod
in Cinnæ dominatione, & Marij Tyrannide
Philippus, quod L. Flaccus, quod Quintus
Mutius quomodo ea res huic quidē cecidit?
qui tamē ita dicere solebat: se id ferè videre,

L I B E R

quod factum est: sed hoc male, quam armatum
ad patris mœnia accedere. Alter Thrasybulus,
& fortasse melius. Sed est certa quædam
illa Mutij ratio, atque sententia, est etiam illa
Philippi. Et cum sit necesse seruire temporis
& non amittere tempus, cum sit datum.
Sed in hoc ipso habent tamen iidem faces
molestiam. Sit enim nobis amicus, quod in-
certum est: sed sit, defert triumphum, non ac-
cipere ne periculoseum sit? an accipere inui-
tiosam ad honos? Orem, in quis difficilem,
& inexplicabilem. At qui explicada est. Qui
enim fieri potest? Ac ne me existimares ad-
monendum esse propensiorem, quod plura
in ea parte verba fecerim potest fieri, quod
sit in multis quæstionib⁹, ut res verbosior hæc
fuerit, illa verior. Quamobrem maxima de-
re æquo animo deliberanti, ita mihi des co-
siliū velim. Nauis, & iā Caieta est parata
nobis, & Brundisi. Sed ecce nūtij scribēte me
hic ipsa noctu in Galieno, ecce literæ, Cæsarē
ad Corfinium. Domitium Corsinij cū firmo
exercitu, & pugnare cupientem, non puto
etiam hoc Cn. nostrum cōmissurum, ut do-
mitium, relinquit. Et si Brundusium Scipio-
nem cum cohortibus duabus præmisserat, le-
gionem Fausto conscriptam in Siciliam sibi
la-

placere à Coss. duci scripserat ad Coss. sed turpe Domitium erit descrere implorantem eius auxilium: & quædam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma. Afranium in Pyreneo cum Trebonio pugnasse pulsum Trebonium etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus: summa autem , Afranium cum magnis copijs aduentare. Id si est, in Italia fortasse manebitur. Ego autem, cùm esset incertum iter Cæsaris: quòd vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam ad Pompeium misi & literas, ipsi ne quo inciderem, reuerti Formias. Hæc te scire volui, scripsique sedatiore animo, quæm proximè scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum. Vale.

M. T. C. DOLABELLÆ. COS.

S. Attic. 14. 13.

ET si cōtentus eram mi Dolabella tua gloria, satisq; ex ea magnam lētitiam, voluptatemq; capiebam, tamen non possum, non cōfiteri, cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me. 2scribat tuis laudibus. Neminem conueni: conuenio autē quotidie plurimos. Sunt enim per multi optimi viri, qui valetudinis causa in hæc loca veniant, præterea ex municipiis,

LIBER

frequentes necessarij mei , qui omnes , cum
te summis laudibus ad cœlū extulerūt , mihi
cōtinuò maximas gratias agunt . Negant enī
sed dubitare , quin tu meis præceptis , & con-
siliis obtemperans , præstantissimū te ciuem ,
& singularē Coss. præbeas . Quibus ego , quā-
quām verissime possim respondere , te quæ
facias , tuo iudicio & tua sponte facere , nec
quisquam egere consilio : tamen neq; plane
assentior , ne imminuā tuam laudē , si omnis à
meis cōsiliis pfecta videatur , neq; valde ne-
go . Sum enim audior etiā , quā satis est glo-
riæ & tamen non alienum est dignitate tua ,
quod ipsi Agamemoni Regi Regum fuit ho-
nestum , aliquē in cōsiliis capiendis Neistorem
habere : mihi verò gloriosum , te iuuē Cosi-
florere laudibus , quasi aluminū disciplinæ
meæ . L. quidem Cæsar , cùm ad eum ægrotū
Neapolim venissem , quanquām erat oppres-
sus totius corporis doloribus : tamē ante , q̄
me planè salutauerit . O mi Cicero , inquit ,
gratulor tibi , cùm tantūm vales apud Dolabellam , quantum si ego apud Sororis filium
valerem , iam salvi esse possemus . Dolabellæ
verò tuo , & gratulor , & gratias ago , quē qui-
dem potest te cōsulē , solum possum vere cō-
sulē dicere . Deinde multa de facto , ac de-

re gesta: tum nihil magnificentius, nihil pre-
 clarius actum nunquam, nihil Reipub. salu-
 tarius testatus est. Atq; hæc yna vox omnium
 est. A te autem peto, vt me hanc, quasi falsam
 hereditatē alienę glorię, s̄nas cernere, meq;
 aliqua ex parte in societatem tuarum laudū
 venire patiare. Quanquā mi dolabella (hæc
 enim iocatus sum) libentius omnes meas, si
 modò sint aliquę meę laudes, ad te transtule-
 rim, q̄ aliquā partem exhauserim extuis: nā
 cùm te semper tantūm dilexerim, quantum
 tu intelligere potuissi, tum ijs tuis factis sic
 incensus sum, vt nihil ynqua in amore mihi
 fuerit ardentius. Nihil est enim (mihi crède)
 virtute formosius, nihil pulchrius, nihil ama-
 bilius. Séper amavi, vt scis M. Brutum, pro-
 pter eius summū ingenium, suauissimos mo-
 res, singularem probitatem, atq; constantiā:
 tamen Idibus Martij tātum accessit ad amo-
 rem vt mirarer locum fuisse augendi in eo,
 quod mihi iam pridē cumulatum etiā vi-
 debatur. Quis erat, qui putaret ad eum amo-
 rem, quē erga te habebam, posse aliquid ac-
 cedere? Tātum accessit vt mihi nūnc deniq;
 amare videar, antē dilexisse. Quare quid est,
 quod te horter, vt dignitati, & glorie seruias?
 Proponam tibi claros viros, quod facere so-

LIBER

lenti, qui hortatur? Neminem habeo chariotem, quam te ipsum. Te imitare oportet, tecum ipse certas, ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis videntur est. Contigit enim tibi, quod haud scio, an nemini, ut summa seueritas animaduersionis, non modo, non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuique, gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, grataleret felicitati tux: sed contigit magnitudine tui animi, tum etiam ingenij, atque consilij. Legi enim concionem tuam, nihil illa sapiens. Ita pedentim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitate tibi animaduertendi omnium consensu daret. Liberastr igitur & vrbē periculo, & ciuitatē metu. Neque solum ad tempus maximam utilitatem attrulisti sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te positā esse Répub: tibiique non modo tuendos, sed etiam ornandos illos viros, a te, quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebz cōram plura propediem, ut spero. tu quoniam Rempu: nosque conservas, fac ut diligentissime te ipsum mi Dolabellā custodias.

M. T. C. BRVTO. S. B. 3.

NOstræ res meliori loco videbantur, Scri-
pta enim ad te certò scio, quæ gesta sūt,
quale istibi sæpe scripsi Consules, tales exti-
terunt. Cæsar is verò pueri mirifica in doles
virtutis, utinam tam facile eum florentem &
honoribus & gratia regere, ac tenere possi-
mus: q̄ facile adhuc tenuimus. Est omnino
illud difficilius, sed tamen non diffidimus.
Persuasum est enim adolescenti, & maximè
per me, eius opera nos esse saluos: & certè,
nisi is Antonium ab urbe auertisset, periisse
omnia. Triduo verò, aut quatri duo ante hāc
rem pulcherrimā, timore quodā perculta
civitas tota ad te secū cōiugibus, & liberis af-
fundebat eadem recreata, ad xij. Calēd. Maij
te hoc venire, q̄ se ad te ire malebat. Quo-
quidem die magnorū mēorū laborū, multa-
rūq; vigiliarū fructū cepi maximū, si modo
est aliquis fructus ex solida, veraq; gloria. Nā
tantæ multitudinis, quantā capit urbs nostra
cōcursus est ad me factus, ea cū vſq; in Capit-
olium deductus maximo clamore, atq; plau-
su in rostris collocatus sum. Nihil est in me
inane, neq; onim debet. Sed tamen omnium
ordinum consensus gratiarum actio, congra-
tulatioq; me commouet propterea quod po-
pularem

LIBER

pularem me esse in populi salute præclarum
est. Sed hęc te malo ab aliis audire: me velim
de tuis rebus cōsiliisq; facias diligentissimē
certiorem. Illudq; consideres, re tua liberali-
tas dissolutior videatur. Sic sentit Senatus:
sic populus Romanus, nullos vñquam hosteis
digniores omni supplicio fuisse, quam eos
clueis, qui hoc bello contra patriā arma ce-
perunt, quos quidē ego omnibus sententiis
vlciscor & persequor, omnibus bonis appro-
batibus. Tu qui de hac re sentias, tui iudicij
est. Ego sic sentio, trium fratrū vnam & eandē
esse causam. Cōsules duos, bonos quidem, sed
duntaxat bonos amissi: Hircius quidem
in ipsa victoria occidit, cūm paucis diebus
magno prælio ante vici:et. Nam Pāsa fuge-
rat vulneribus acceptis, quæ ferre nō potui.
Reliquias hostium Brutus persequitur, &
César. Hostes autem omnes iudicati, qui M.
Antonij, scētam secuti sunt. Itaque id senatus
consultum, pleriq; interpretantur etiam ad
tuos, siue captiuos, siue deditios pertinere.
Equidem nihil desservi durius, cūm nomi-
natum de C. Antonio decernerem, quod ita
statueram à te cognoscere causam eius sena-
tum oportere. x. Calenda Maij.

M. BRUTVS M. T. Ciceroni. S. B. 4.

Quanta

Quanta sim l^aetitia affectus cognitis rebus
Bruti nostri, & cōsulūm, facilius est
tibi existimare, quā mihi scribere. Cum alia
laudo, & gaudeo accidisse, tum quōd Bruti
eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed etiā
maximo ad victoriā adiumento. Quod scri-
bis trium Antoniorū vnam, atq; eandem can-
fam esse, quid ego sentiam, mei iudicij esse
statuo nihil, hoc Senatus, aut popu. Rom. iu-
dicium esse de his cīcībus, qui pugnātes nō
interierint. At hoc ipsum inquies iniquē fa-
cis, qui hostilis animi in Rēpub. homines
cīueis appelles, imō iustissimē. Quod enim
nondum Senatus sensait, nec popu. Roman.
iussit, id arrogantē non præiudicō, neq; re-
uoco ad arbitrium meum. Illud quidē non
muto, quōd ei, quē me occidere res nō coēgi,
nec crudeliter quicquid eripui, neq; dessolu-
te quicquam remisi; habuiq; in mea potesta-
te, quo ad bellum fuit, multo quidem bone-
stius iudico, magisque, quod concedere pos-
sit. Resp. miserorum fortunam non insectari;
quām infinita tribuere potentibus, quæ cu-
piditatem, & arrogantiam incēdere possint.
Quia in re Cicero vir optimus, ac fortissime,
minique merito & meo nomine & Rēpub.
charissime, nimis credere videris spei tuz,

L I B E R

Statimque, ut quisque aliquid recte fecerit,
omnia dare, ac permittere, quasi non licet
traduci ad mala cōsilia corruptum largitio-
nibus animum. Quæ tua est humanitas, equo
animote moueri patieris, præsertim de com-
muni salute: facies tamen quod tibi visum
fuerit: etiam ego: cum me docueris. Nunc
Cicero: nunc agendum est, ne frustra oppres-
sum esse Antonium gauisi simus: neu semper
principiusque mali excidendi causa sit: a-
liud renascatur illo peius. Nihil iam neque
opinantibus: aut patientibus nobis aduersi
euenire potest. In quo nō cum omniū culpa:
præcipue tua futura sit, cuius tantam autho-
ritatem Senatus, ac populus Romanus, non
solum esse patitur, sed etiam cupit quanta
maxime in libera ciuitate vnius esse potest,
quam tu non solum bene sentiendo, sed etiā
prudenter tueri debes. Prudentia parro, quæ
tibi super est, nulla abs te desideratur, nisi
modus in tribuendis honoribus Alia omnia
sic ad sunt, ut cum quolibet antiquorum cō-
parari possint ruræ virtutes. Vnum hoc grato
animo, liberalique profectum cautiorem ac
moderationem liberalitatē desiderat. Nihil
enim Senatus cuiquā dare debet, quod male
cogitantibus exemplo, aut præsidio sit. Itaq;
timeo

timeo de consulatu, ne Cæsar tuus aleius se
ascendisse putet decretis tuis, quam inde, si
Consul factus sit, descensurum. Quod si An-
tonius ab alio relictum regni instrumétum,
occasione regnandi habuit, quonam ani-
mo sors putas, si quis authore non tyranno
interfecto, sed ipse Senatu putat se iimperia
quælibet concupiscere posse? Quare tum
& facilitatem & prouidentiam laudabo tuā,
cum exploratum habere cœpero Cæsarem
honoribus, quos acceperit extra ordinariis,
fore cōtentum. Aletia igitur, inquies, culpæ
me reūm facies? prorsus alienæ, si prouideri
potuit: ne existeret quod utinam inspectare
possis timorem de illo meum. His literis
scriptis: te consulem factum audiuimus. Tū
vero incipiam proponere mihi rem iustum.

& iam suis nitentem viribus: si estuc vi-
dero. Filius valet & in Macedoniam
cum equitatu præmissus est.

Idib. Maijs ex ca-
stris.



FINIS.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000